




Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.  
LN 806 8° copy 2



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.  
LN 806 8° copy 2



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.  
LN 806 8° copy 2



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.  
LN 806 8° copy 2



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.  
LN 806 8° copy 2



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.  
LN 806 8° copy 2

1 - 261

DA Box



LN 806

ex. 2



Johannes Comy

1582

119

5524

119

45524

115 116

4  
10

IN. V.  
QUE EF  
PETRI AI  
IN VN  
SC

NICOLAO



WITE  
EXCVDEB  
CI  
ANNO  
Datus Mi  
confugis

L.22 N. 82.

L 22 N 82.

COMMENTARII  
IN VTRAM  
QVE EPISTOLAM  
PETRI APOSTOLI, ET  
IN VNAM IVDAE,  
SCRIPTI

A  
NICOLAO HEMMINGIO.



Assens  
Hindsgauls  
Amtsbibliothk

WITEBERGÆ  
EXCVDEBAT IOHANNES  
CRATO.

ANNO M. D. LXVI.

Item Nicolai Finsen Schleswigen  
confessor et danielis.

4  
10

NOE  
GENER  
ET VIRTU  
ro, Biornomi An  
num famula, I  
in Hafniensi &  
Rofchild

Gratiam & pa  
num nol

NICOLA



quibus salu  
Pietate & I  
sterium der  
ys, qui del



NOBILITATE  
GENERIS, SAPIENTIA  
ET VIRTUTE PRAESTANTI VI-  
ro, Biornoni Andree de antiqua & nobili Biorno-  
num familia, Domino de Stenholt, Regio præsidi  
in Hafniensi & vicinis prouincijs, atq; diœceseos  
Roschildenfis administratori pru-  
dentissimo,

Gratiam & pacem à Deo patre per domi-  
num nostrum Iesum Christum  
precatur

NICOLAVS HEMMINGIVS.



OX DEI DEV T.  
12. Cae tibi ne de-  
relinquas Leuitā  
omnibus diebus tu  
is super terram tu  
am, vt omnibus,  
quibus salus curæ est commendat  
Pietatē & Liberalitatem erga mini-  
sterium verbi: Ita minatur pœnam  
ijs, qui vel ministerium verbi impiè

A 2 con-

4  
10

EPISTOLA

contennunt, vel ministros Euangelij sacrilegè spoliant. Nam cùm Ecclesia Dei in hoc mundo colligitur, propagatur, & conseruatur vox docentium Euangeliū, & docentes opus habent victu & defensione, vult Deus nos gratos esse erga ministerium Euangeliū, & liberales esse erga eos, quorum ministerio educimur ē regno Satanæ, & aggregamur Ecclesiæ Dei, hoc est, regno Christi, quod est gratiæ, à quo transitur in regnum Dei gloriosum, quod est beatæ & nunquam finiendæ immortalitatis, felicitatis & gloriæ. Cùm itaq; hæc tanta bona nobis contingunt per ministerium verbi, serio Deus nobis mandat, vt ipsos ministros Euangeliū omni officiorum genere prosequamur. Syracides

cider.  
morem  
rum I  
euclab  
uæ.  
minim  
idest, in  
magnif.  
Pobis rō  
diu pugn  
Hoc eſi  
Sacer  
manda  
vult con  
G hom  
rumq; I  
adest,  
Vbi p  
quog; a  
enam j

DEDICATORIA.

cides vtrumq; coniungit, videlicet timorem Dei, & honorem ministrorum Dei, ita enim ait: εν ολη ψυχη ευλαβε τὸν κύριον καὶ τὸν ιερέα αὐτὸς θαυμάζε. Hoc est, toto animo time Dominum, & sacerdotes eius admirare, id est, in precio & honore habeas & magnificias. Et paulò infra: φοβετὸν κύριον καὶ δοξασον τὸν ιερέα, καὶ δός την μερίδα αὐτῷ, καθὼς εὐλέται ēi. Hoc est, Time Dominum & honora Sacerdotem, & da partem ipsi, sicut mandatum est tibi. Vtrumq; ergo uult coniungi Sapiens, timorem Dei & honorem sacerdotum ministrorumq; Dei. Vbi ergo prius verè adest, abesse non potest posterius. Vbi posterius desideratur, prius quoq; abesse significatur. Quomodo enim fieri potest, ut eius mandata

A 3 con-

4

10

EPISTOLA

cōtemnas, quem diligis? Si ergo vere  
timemus Dominū, aliter euenire ne-  
quit, q̄ ut honoremus ministros ipsi-  
us. Hic aut̄ honor in eo consistit, ut  
ministris verbi tribuamus omnia, cū  
quæ ad necessitatem, tūm quæ ad di-  
gnitatem eorū pertinere videbuntur.  
Atq; hic est ille duplex honor, quem  
Paulus vult tribui laborantibus in  
verbo & doctrina. Sed fortè hic ali-  
quis obijciet, me non recte accommo-  
dare ministris noui testamenti, quod  
Sapiens videtur de Leuitis et sacer-  
dotib. veteris testamenti intelligere.  
Nam magnū appetet discrimē inter  
illos & hos. Fateor equidē magnum  
discrimē esse, si spectemus dispēsatio-  
nis modum, verū si finem vtrorūq;  
consideremus, in eo planè vtriq; con-  
ueniunt. Nam & Leuitarū fuit col-  
ligere,

liger  
clifian  
stame  
rum  
quod  
caciū  
vtrorū  
ministi  
stamen  
honore  
datur  
omne  
Paula  
Leuita  
stamen  
nescitis  
frant,  
assis  
accipi  
noui

DEDICATORIA.

ligere, propagare & conseruare Ec-  
clesiam Dei, & ministris noui Te-  
stamenti, vt Oeconomijs mysterio-  
rum Dei, idem officium incumbit,  
quod sane & præstant multò effi-  
cacious. Cum igitur par ratio sit  
vtrorumq; hoc est, Leuitarum &  
ministrorum Euangelij in nouo te-  
stamento, rectè mandatum Dei, de  
honore tribuendo Leuitis, accommo-  
datur ad ministros Euangelij. Sed  
omnem scrupulum tollit Apostolus  
**Paulus 1. Corinth. 9.** cum exemplum  
Leitarum ad ministros noui Te-  
stamenti accommodat, dicens: An  
nescitis quòd hi, qui sacra admini-  
strant, ex sacro edunt? qui altari  
assistunt, vna cum altari partem  
accipiunt? Prætereo plurima dicta  
noui Testamenti, quæ idem planè

A 4 aſtru-

4  
10

EPISTOLA

astruunt: Qui vos ( ait Dominus )  
recipit, me recipit, & qui me recipit,  
recipit eum qui misit me &c. Di-  
gnus est operarius mercede sua. Et  
Paulus, Qui benè præsunt, dupli-  
ci honore digni sunt, & maximè hi qui  
laborant in verbo & doctrina. Huc  
ferè totum q. caput prioris Epistolæ  
ad Corinthios pertinet. Sed quid  
multa? natura, ratio, leges humanæ  
& diuinæ commendant omnibus iu-  
sticiam, cuius quedam non minimæ  
pars est gratitudo, quæ erga optimè  
meritos iure maxima esse debet. Iam  
autem cum constat diuina humanis,  
cœlestia terrenis, diuturna momen-  
taneis, æterna caducis, verè & per-  
fектè bona imperfectè bonis & peri-  
turis præferenda esse, quis dubitat  
ministros Euangely optimè mereri  
de

den  
ſtia  
nobis  
de mi  
bis li  
angel  
rem ſ  
merenti  
ut ſep  
ſit ſine  
non eſt  
alieni  
verbi  
verumu  
ant, G  
tum po  
cent ſi  
in ſigni  
palati  
quicq

DEDICATORIA.

de nobis, per quas illa diuina, cœlestia, æterna & verè perfectè bona nobis communicantur? Non proinde mirum est, & serio mandari nobis liberalitatem erga ministros Euangelij, & Spiritum sanctum honorem sacerdotum cum timore & reverentia ipsius Dei coniungere, ita ut separari alter ab altero non possit sine vtriusq[ue] interitu. Atq[ue] hinc non est difficile iudicare quam sint alieni à familia Dei, qui ministros verbi non solum reverentia debita, verum etiam necessario victu spoliant. Gloriantur de potentia quantum volunt, iacent diuitias, prædcent stemmata, numerent maiorum insignia, superbiant de magnificis palatijs, inscribant hæredes: tamen quicunq[ue] ministros Euangely non

A 5 ea,

4  
10

EPISTOLA

ea, qua decet benevolentia, & bene-  
ficiencia prosequuntur, priuant se  
amplissimo ornamento vitæ, quod in  
timore Dei situm est. Valde enim  
fallitur potens, qui existimat, se sua  
potentia ornari. Valde fallitur di-  
ues, qui putat se suis opibus decora-  
ri. Fallitur & pauper, qui se sua te-  
nuitate obscurari arbitratur. Nam  
vt nec potentia nec diuitiæ veram  
gloriam adferunt: Ita nec pauper-  
tas quenquam coram Deo obscurat.  
Sed solus timor Dei est, qui & diui-  
ti & pauperi verum vitæ ornamen-  
tum adfert, quod sanè nullus vel Sa-  
tanæ dolus, vel humana inuidia au-  
ferre poterit. Dives epulo non pa-  
rum sibi videbatur ob suas diuitias  
& splendorem gloriosus, qui tamen  
obscurissimus coram Deo fuit. Con-  
tra

bene-  
int se  
quod in  
dè enim  
it, se sua  
litur di-  
decora-  
e sua te-  
. Nam  
e veram  
pauper-  
objurat.  
i dini-  
rnamen-  
s vel Sa  
uidia au-  
non pa-  
diutias  
ui tamen  
uit. Con-  
tra

DEDICATORIA.

trà Verò pauper Lazarus, epuloni  
obscurissimus habitus, Deo & an-  
gelis eius summè gloriosus & orna-  
tissimus est visus. Quænam huius  
diuersi iudicij causa alia fuit, quām  
quòd diues ille caruerit timore Dei,  
quo pauper Lazarus erat ornatus?  
Cùm igitur adeò multum nostra re-  
fert, vt timore Dei ornati prodear-  
mus in conspectum Dei, profectò  
piè prudentis est cauere, ne isto or-  
namento se spoliet auaricia sua &  
malevolentia erga ministros Euans-  
gely, quod sanè prob dolor, multi fa-  
ciunt in suum certissimum interi-  
tum.

Sed cur inquieras, ista mihi nar-  
ras? profectò hoc haudquaquam à me  
factum putas, quod in te, clarissime  
vir, quicquam desiderem, sed potius

vt

4  
10

EPISTOLA

Ut proposita necessitate, te in cursu  
feliciter suscepto contra multa impe-  
dimenta detineam. Nam multis p̄is  
gratissimum est tuum officium erga  
ministros Euangely, qui sibi gratu-  
lantur, quod tam pium & clemen-  
tem nacti sint patronum. Postquam  
enim administratio diocesos Se-  
landicæ, quantum quidem ad exter-  
nam iurisdictionem Ecclesiasticæ  
politiæ attinet, tibi commissa est, ea  
moderatione, ea mansuetudine usus  
es, quam homini pio & prudenti di-  
gnam iudicant omnes. Siquidem  
in iudicando prudentem semper  
eternitatem adhibes flectendo leges ad  
causas, non causas ad leges. Quid  
dicam de summa humanitate tua in  
pios Euangely præcones? quid de  
candore, quo nos in hac Academia  
docen-

dacen  
fienti  
laſtico  
beres,  
sanctij  
& nob  
ria, Cœ  
ligione e  
& educ  
ut aliqu  
commun  
Cum. n  
& docti  
tis decla  
rarum a  
clesia pa  
ingens t  
tur.  
quid di  
meo lo

DEDICATORIA.

doçentes complecteris? quid de munificencia erga multos pauperes scholasticos? Quo de pietate, qua tuos liberes, quos tibi peperit, & pignora sanctissimi coniugij reliquit optima & nobilissima fæmina, piæ memorie, Cecilia Wlffstandt in vera religione & sancta disciplina institui & educari curas? idq; in eum finem, ut aliquando sint futuri ornamento communi patriæ & Ecclesiæ Dei. Cum n. liberis tuis Magistrum piu & doctum alis magnis sumtibus, satis declaras quo sis erga studia literarum animo, sine quibus muri Ecclesiæ paulatim collabuntur, et mox ingens totius ædificij ruina comitantur. Sed vt ad priuata veniam, quid dicam de beneficentia tua filio meo Iohanni Hemmingio præstita?

Hunc

4  
10

EPISTOLA

**H**unc enim abitum Vitebergam  
studiorum gratia, amplissimo mune-  
re ornasti. Pro quo summo beneficio  
tibi maximas debo gratias, & pro-  
mitto perpetuò omnem animi grati-  
tudinem.

**H**æc testimonia tuorum benefi-  
ciorum clarè testantur, quo sis erga  
Ecclesiam Dei atq[ue] eius ministros a-  
nimo. Oro autem Deum, vt ipse te in  
hoc pio proposito conseruet ad finem  
vsg[us] huius caducæ vitæ, post cuius  
exitum proposita est corona ijs, qui  
malis exemplis se à recto cursu ab-  
duci non permittunt. Nam nihil ma-  
gis pietati nocet quam σινήθεια κακῶν,  
qui nec Deum timent, nec ministros  
Ecclesiæ honorant: Imò ipsam Eccle-  
siam, tanquam vilissimorum homi-  
num colluuiem contemnunt, quod sa-  
nè fa-

nè faci  
Jacob vi  
cum tam  
Israël, E  
Ecclesia  
magnifica  
tur quide  
rea quod  
in confœd  
et Israël d  
Victrix,  
da, quod  
sit. Etsi  
in hoc mun  
bitur tam  
impi omn  
tue ignon  
Porro  
stimonium  
clarissimum

**DEDICATORIA.**

nè facit illorum spontanea cæcitas.  
Jacob vident, Israëlem non agnoscūt,  
cum tamen idem, qui est Jacob, sit &  
Israël, Hoc est, externam speciem  
Ecclesiæ vident, & non considerant  
magnificam eius gloriam, nomina=

tur quidem Ecclesia Jacob, propte=

rea quòd vilis & contemta appetet  
in conspectu hominum, Sed eadem  
et Israël à Domino vocatur, eò quòd  
victrix, quòd formosa, quòd splendi=

da, quòd gloria in conspectu Dei  
sit. Etsi autem hæc Ecclesiæ gloria  
in hoc mundo sub cruce latet, reuelab=

itur tamen suo tempore, quando  
impij omnes adiudicabuntur perpe=

tuæ ignominiæ.

Porrò quoniam cupio extare te=

stimonium animi mei erga te, Vir  
clarissime, sub tuo nomine placuit in  
lucem

4  
10

EPIST: DEDICAT:

lucem edere commentarios in utramque Epistolam Petri, & in unam Iudee Apostoli, quorum lectionem spero tibi haud ingratam futuram. Hos ut accipias tanquam munus perpetuum meae erga te reverentiae & gratitudinis, etiam atque etiam rogo. Deus te quam diutissime incolum cum carissimis liberis in sui nominis gloriam, in familiæ tuæ pium ornamentum, in Ecclesiæ Dei ædificationem, & in patriæ communis deus conseruet, Amen. Vale ex Mæno nostro. Hafniæ primo  
Nouembris, Anno

1566.

ARGV=

AR

IN



cundum, qu  
dum, quis li  
cationis or

Aut  
Apostoloru  
vnquam du  
ius Epistolæ  
Hic est enim  
fratre ad Do  
re factus est  
colorum ed  
quam ipse. I  
no genere fu  
rectionem l  
ab ipso Do

9

# ARGUMENTVM IN EPISTOLAM PRI- OREM PETRI.



V A T V O R I L L A,  
quæ in initio enarratio-  
nis sacrorum scriptorum  
examinare soleo, h̄ic quo-  
que repetamus, sunt au-  
tem h̄æc. Primum, quis  
sit scriptionis autor. Se-  
cundum, quæ fuerit scribendi occasio. Ter-  
tium, quis sit status. Quartum, quis sit tra-  
ctationis ordo seu methodus.

## D E P R I M O.

Autorem huius Epistolæ D. Petrum  
Apostolorum Coriphæum fuisse, nemo  
vnquam dubitauit. Vnde quanta sit hu-  
ius Epistolæ autoritas, facile est iudicare.  
Hic est enim ille discipulus, qui ab Andrea  
fratre ad Dominum adductus, ex pescato-  
re factus est Apostolus. In mysterijs regni  
cœlorum edocitus est voce filij Dei, ante-  
quam ipse Dominus mortem pro huma-  
no genere subiit. Deinde mox post resur-  
rectionem Domini quadraginta diebus  
ab ipso Domino institutus est, qui illi cu-

B ram

4

10

E P I S T . I.

ram sui gregis demandauit, ter dicendo : Petre amas me, pasce oves meas, significans neminem aptum esse ad pascendum gregem Christi, nisi qui amore Christi sincero ducatur, adeo ut omnia postponat obedientiae erga Christum, quem diligit. Præterea ipso die Pentecostes, accepto visibiliter S. sancto, plenius edoctus est, quo die vna concione tria millia hominum ad fidem Domini conuertit. Atq; ita completa est promissio Domini dicentis : Spiritus sanctus arguet mundum de peccato, de iusticia, & de iudicio. Hoc est, Spiritus sanctus quinquagesimo die post meam resurrectionem clarè & efficaciter conuincet peccatum esse, quod mundus non putat esse peccatum: clarè & efficaciter conuincet esse iusticiam, quam mundus non putat esse iusticiam: clarè & efficaciter conuincet esse iudicium, quod mundus non putat esse iudicium. Mundus, hoc est, Pharisei & scribæ, cum maxima populi parte, non putat esse peccatum me Iesum Mariæ filium contemnere, & in me non credere, vt in unicum saluatorem, sed Spiritus sanctus, veniens super vos in die Pentecostes, conuincet mundum sui erroris, adeo ut plurimi agnoscant se peccasse, quod me Iesum Mariæ

Mariæ filius in me derint. Nam abitum nentiam L Dei, mortus, & resurrexit cuius impius meo confundit munificientia quando tel morte resurrexit omnium, non putat iam mea sanctus cor erroris, & efficaciter proflator & defensor & defensio promissa mulieris contemnere hanc Di quinquagesimationem, vel petualiter prædicent quod Christus

D. P E T R I.

Mariæ filium cruci affixerint, & non potius in me, ut in unicum saluatorem, crediderint. Mundus non putat iusticiam esse abitum meum ad patrem, hoc est, obedientiam Legis in me, qua satisfit iusticiæ Dei, mortem crucis, qua expiatur reatus, & resurrectionem vitæ, qua consummatur iusticia credentium, esse iusticiam, cuius imputatione credentes coram Patre meo consistunt, sed Spiritus sanctus conuincet mundum huius perniciosi erroris, quando testabitur me Iesum verè victa morte resurrexisse in iusticiam & salutem omnium, qui me fide receperint. Mundus non putat iudicium vindictæ esse, victoriæ meam super Diabolo, sed Spiritus sanctus conuincet mundum etiam huius erroris, & in die Pentecostes aperte & efficaciter probabit, quod ego Iesus sim vitior & destructor operum Diaboli, iuxta promissionem Adamo factam: Semen mulieris conteret caput Serpentis. Et si autem hæc Domini prædictio completa est quinquagesimo die post Domini resurrectionem, ut iam declaratum est: Tamen perpetua lex esse debet ministris Euangeli, ut prædicent fidem in Christum, doceant quod Christi obedientia sit nostra iusticia,

B 2 osten-

4  
10

dicendo:  
significans  
ndum gre-  
christi sincero  
donat obedi-  
iligit, Prate-  
to visibiliter  
quo die vna  
in ad fidem  
completa est  
spiritus san-  
ato, de iusti-  
ritus sanctus  
am resurrecti-  
nuincet pecca-  
n putat esse pec-  
nuincet esse iu-  
putat esse iu-  
on putat esse  
, Pharisæi &  
parte, non pu-  
Mariæ filium  
credere, vt in  
spiritus sanctus,  
ntecostes, con-  
adeo vt pluri-  
uod me Iesum  
Marie

E P I S T . I.

ostendant quod CHRISTVS sit vi-  
ctor Diaboli. Hoc cum faciunt, ipse Spi-  
ritus sanctus efficaciter adest, & in multis  
verbum prædicatum obsignat. Hæc ob-  
iter adiçere volui, quia Petrus, de quo no-  
bis hic sermo est, præcipuum instrumen-  
tum fuit, quo Spiritus sanctus conuicit  
mundum sui erroris die Pentecostes, ut  
patet ex secundo Actorum Apostolico-  
rum capite. Porro, cum de vocatione gen-  
tium quæstio agitaretur, signo diuino edo-  
ctus est Petrus, quod promissio Euange-  
lij ad gentes quoq; pertineret. Quarè di-  
uinitus admonitus, & vocatus à Corne-  
lio, eum prius donatum Spiritu sancto ba-  
ptizat, aperte testificans nullam persona-  
rum acceptiōem apud Deum esse. Hic est  
ille discipulus, cui Dominus dixit: Tu es  
Petrus, & super hanc petram ædificabo  
Ecclesiā meā. Hic est ille, quem Pau-  
lus columnam Ecclesiæ agnoscit. Hic de-  
niq; est, quem Ecclesia perpetuo consen-  
su summum Apostolorum appellat. Pro-  
inde quicquid in huius viri scriptis legi-  
mus, ita accipiendum est, ac si Spiritum fi-  
lij Dei, cuius Apostolus est, sonantem sua  
verba audiēmus, iuxta illud: Qui vos au-  
dit, me audit.

D E

Scribi-  
tes multæ  
stolus, ne  
doctrinæ  
gentes fu-  
an Petrus,  
dem doce-  
pier ritus.  
uerentur,  
scribit &  
quaſtant, iu-  
nam, in qu  
de ipsiſ ho-  
nio recte  
perfeueran  
nem exhor  
confilium,  
fuisse prop  
bis, ita eni  
Hæc scr  
testificar  
elle, in q  
Iesu Christi  
cti estis ve  
aliorum,

78 sit vi-  
it, ipse Spi-  
& in multis  
it. Hæc obi-  
s, de quo no-  
i instrumen-  
tus conuicit  
recoſtes, vt  
Apostolico-  
catione gen-  
o diuino edo  
lio Euange-  
. Quare dí-  
tus à Corne-  
ritu sancto ba-  
illam persona-  
melle, Hic eſt  
dixit; Tu es  
um adiſcabo  
; quem Pau-  
loſcir, Hic de-  
betuo conſen-  
appellat. Pro-  
i scriptis legi-  
ſi Spiritum fi-  
ſonantem ſua  
; Qui vos au-

## D. PETRI.

### DE SECUNDO.

Scribendi occasio Petro hæc fuit. Gen-  
tes multæ, quas in epigrapha recitat Apo-  
ſtolum, non Petri, ſed aliorum ministerio  
doctrinam Euangeliū receperant. Inter has  
gentes fuerunt, qui dubitare cœperunt,  
an Petrus, quem ipſi non audiuerint, ea-  
dem doceret, præſertim cum paſſim pro-  
pter ritus Mosaicos ingentia certamina mo-  
uerentur. His itaq; dubitantibus, Petrus  
ſcribit & teſtatur veram eſſe gratiam in  
qua ſtant, id eſt, veram eſſe Christi doctri-  
nam, in qua fuerunt edocti. Scribit proin-  
de ipſis hoc conſilio, vt & eos ſuo teſtimoi-  
nio recte iñtitutos eſſe conſirmet, & ad  
perfeuerantiam in ſpe & pietate uſq; ad fi-  
nem exhortaretur. Hanc occaſionem, hoc  
conſilium, hunc finem & ſcopum Petro  
fuſſe propositum, appetet ex ipſius ver-  
biſ, ita enim in fine huius Epistolæ ait:  
**Hæc ſcripsi, adhortans uos &**  
**teſtificans ueram gratiam Dei**  
**eſſe, in qua ſtatis.** Hoc eſt, verum  
Iefu Christi Euangeliū eſſe, in quo edo-  
cti eſtis voce & ſcriptis Pauli Apoſtoli &  
aliorum.

B 3 DE

4  
10

DE

EPIST. I.  
DE TERTIO.

Tota hæc Epistola parænetica est, & ad duo capita reuocari potest. Quorum vnum hortatur gentes, ad quas scribit, vt persistant in gratia, quæ ipsis per prædicationem Euangeli collata est. Alterum suadet, vt in hac gratia dignè ambulent ad finem usq; huius caducæ uitæ.

DE QVARTO.

Ordo tractationis, quemadmodum in suasorijs argumentis fieri consuevit, est arbitrarius. Neq; enim ita vnam aliquam parænesin tractat & absolvit, quin rursus data aliqua occasione ad eandem redeat. Quare etsi artificialis & Didacticus ordo hic non est quærendus: firmum tamen & necessarium fundamentum iacit, ex quo paræneses omnes, quas tractat, optimè extruuntur. Ponit autem omnis pīxe actionis fundamentum regenerationem seu semen illud diuinum, quo in nouos homines renascimur. Hoc fundamento posito, varias exhortationes inde manantes extruit, quas, vt dixi, ita tractat, vt subinde ad easdem redeat. Verū ut eas propius considerare possimus, ipsas discernamus  
per

per obiec  
prias claf  
funt, in qu  
diatē deb  
ad fidem;  
onem seu  
inuocatio  
mores cui  
vd hortan  
tur ab impi  
dam sunt, q  
homines, &  
tur ad præ  
officium,  
minorum  
& iuuenu  
Christianis  
qua ad æn  
das pertiner  
ad patientia  
succumbant  
quia Ecclesi  
perpetuo ir  
Christianos  
ueratio rd  
ræneles or  
possunt, v  
huius Epi  
sit eius le;

D. P E T R I.

per obiecta, & singulas velutí ad suas proprias classes referamus. Quædam igitur sunt, in quibus ad officia, quæ Deo immediate debentur, inuitat, ut cum hortatur ad fidem, spem firmam, timorem, subiectionem seu veram coram Deo humilitatem, inuocationem &c. Quædam sunt, quæ ad mores cuiusq; priuatos pertinent. Ut cum vel hortatur ad sanctitatem, vel dehortatur ab impuritate & prophanitate. Quædam sunt, quæ pertinent ad officia inter homines, & sunt variæ. Alias enim hortatur ad præstandum magistrati debitum officium. Alias analogum officium dominorum & seruorum inter se: Seniorum & iuuenum requirit. Alias communia Christianis officia inculcat. Quædam sunt, quæ ad ærumnas præsentis vitæ perferendas pertinent, vt cum hortatur Apostolus ad patientiam sub cruce, & monet vt non succumbant temptationibus. Postremo, quia Ecclesia habet hostem Diabolum, qui perpetuo in insidijs est, hortatur Petrus Christianos ad vigilantiam, vt tanto aduersario resistere possint. Ad has classes paræneses omnes huius Epistolæ reuocari possunt, vnde facile est videre, quanta sit huius Epistolæ utilitas, & quam necessaria sit eius lectio.

B 4 SVM-

4

10

EPIST. I.  
SUMMA CAPITIS  
PRIMI.

**E**lecti & fidem Christi amplexi seu regeniti, præcinctis lumbis, speci gratiæ firma concepta, veræ sanctitati studeant, ut qui ex semine immortalis per sermonem viuentis Dei & manentis in æternum, sint regeniti.

ORDO ET PARTES CA-  
PITIS PRIMI.

**H**Vius primi capititis tres sunt partes. Prima est, ipsa epigrapha cum salutatione. Secunda, exordium eucharisticon, in quo causam salutis explicans, de fide Christi firmam doctrinam & apostolicam tradit. Tertia, exhortatio ad sanctificationem vitæ, constans propositione & confirmatione, petita ex ipsis fontibus, quemadmodum fusius in ipsa enarratione declarabimus.

EXEGESIS CAPITIS  
PRIMI, CVM OBSERVA-  
tione doctrinarum.

Petrus Apostolus Iesu Chri-  
sti,

sti, ad  
tum, G  
Asiam,  
iuxta p  
tris, in  
tus, in  
nem san

Hac e  
uanda, C  
terum spiri  
Ecclesiæ r  
tur. Qua  
las retexa  
haurienda  
tur, cum A  
minetur &  
has quatuor  
mam, quod  
fus legatus  
rat doctrin  
um, iuxta  
niuersum,  
creaturæ  
admixtur  
quod ip

D. PETRI.

stī, aduenis dispersis per Pon-  
tum, Gallaciam, Cappadociam,  
Asiam, & Bithyniam, electis  
iuxta præcognitionem Dei pa-  
tris, in sanctificationem Spir-  
itus, in obedientiam & aspersio-  
nem sanguinis Iesu Christi.

Hæc epigrapha diligenter est obser-  
uanda. Continet enim magnam copiam  
rerum spiritualium, ac summam doctrinæ  
Ecclesiæ mirabili compendio complecti-  
tur. Quare eam in suas quasdam particu-  
las retexam, & quid doctrinæ ex singulis  
hauriendum sit, ostendam. Primum igi-  
tur, cum Autor huius Epistolæ Petrus no-  
minetur & dicatur Apostolus Iesu Christi,  
has quatuor conclusiones colligamus. Pri-  
mam, quod Petrus ab ipso Christo sit mis-  
sus legatus. Secundam, quod Petrus affe-  
rat doctrinam Christi, hoc est, Euangeli-  
um, iuxta mandatum: Ite in mundum v-  
niuersum, & prædicate Euangeliū omni  
creaturæ. Tertiam, quod nihil erroris sit in  
admixtum doctrinæ Petri. Quartam, quod  
ipsum Petro, tanquam voci diuinæ,

B s cre-

4  
10

E P I S T . I.

credendum sit. Est enim Apostolus orator à Deo missus, ut ore negocium agat, quòd in mandatis habet. Cum igitur dicit Petrus: Ego sum Apostolus Iesu Christi. Perinde est ac si diceret: Ego habeo à Iesu Christo mandatum, ut ipsius nomine vobis Euangelium de gratuita salute annunciem. Hic proinde admoneamur, quanta cum reuerentia & attentione legenda sit nobis hæc diuī Petri Epistola, in qua nobis Petrus nomine filij Dei loquitur, ac Euangelium salutis annunciat. Sed quibus nam scribit Petrus & Aduenis. Hac voce significat Apostolus, se gentibus & non Iudæis scribere. Nam illi, qui ex gentibus convertebantur ad religionem Iudæorum, aduenæ & προσήλυτοι dicebantur. Hic monemur Euangelium non tantum ad Iudæos, sed etiam ad gentes pertinere. Vnde hæc cogitanda sunt. Primum, quòd Euangelij annunciatio sit gratuita. Secundum, quòd nullis præcedentibus meritis aut præparantibus operibus ad Euangelium recipiendum reddamur condigni. Tertium, quòd Euangelium sit vniuersalis doctrina, ut quæ omnibus hominibus promiscuè in Christo salutem offerat. Quartum, quòd ad Euangelij perfectiōnem

D. P E T R I.

nem non requirantur ritus Mosaici. Quintum, quod gratos nos esse oporteat, quibus indignis tanta conferantur beneficia. Enumerat autem hic Petrus quinque regiones, Pontum, Gallaciam, Cappadociam, Asiam & Bithyniam. Haec quinque regiones cum quibusdam alijs à Geographis uno nomine Antiochia dicuntur, & sunt ad orientalem plagam sitae. Pontus ampla est regio & maritima. Proxima huic Cappadocia, à tergo Galatia est, à fronte ad mare Asia & Bithynia. Paulus in his regionibus Euangelij semina iecerat, cuius doctrinam Petrus testatur esse veram. Quid hinc doctrinæ petendum est? Haec regiones merito nos ad timorem Dei & gratitudinem excitabunt, quæ olim quidem florebant, quando illic sana Euangelij doctrina in omnibus urbibus & pagis personabat. Nunc vero propter ipsorum ingratitudinem aduersus Deum & Euangelium Christi, non solum amiserunt doctrinam Euangelij, verum etiam Turcae crudelissimo Christiani nominis hosti subiectæ sunt. Adeò Deus non ferre potest diuturnum sui Euangelij contemtum. Timeamus igitur D E V M, & simus grati, ne & nobis aliquando contingat,  
quod

4  
10

E P I S T . I.

quod illis securis & ingratis contigit.

Sequitur, quod Aduenæ, quibus scribit Apostolus, dicantur electi secundum præcognitionem Dei patris, in sanctificationem spiritus, quibus sane verbis duo significantur. Vnum, quod qui per Euangeliū vocantur, sint electi in sanctificationem spiritus, id est, ut spiritu sint sancti & noui homines, effecti secundum imaginem Dei. Alterum, quod vocatio ista non temerè fiat, nec pendeat ex hominum arbitrio, sed iam olim à Deo ordinata & præcognita sit. Quod ideo addit Apostolus, ne quis hanc doctrinam Apostolicam, veluti recens natam aspernetur. Tametsi enim iam recens erant Apostoli missi in uniuersum orbem, ut docerent Euangeliū: tamen hoc longè antea, videlicet ante fundamenta mundi iacta, constitutum erat, quod statuto diuinitus tempore reuelandum fuit, iuxta illud Galat: 4. Quando venit plenitudo temporis, emisit Deus filium suum, natum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant, redimeret. Sed de hac temporis circumstantia plura mox dicentur.

D E E L E C T I O N E.

Porro

Po  
placet p  
bulas E  
tur. Esti  
dicitur,  
stitution  
tum &c  
sum &  
sum red  
xternam,  
ipso, utq  
dicent in  
extructa e  
Ephes: se  
rum Pri  
causa ele  
mento,  
Quinta, d  
dam eligit  
His circu  
lectionis  
adiciamus

Prim  
quod ele  
tionem se

D. P E T R I.

Porrò de electione huc pauca adiçere placet propter Stoicos, qui Parcarum tabulas Ecclesiæ Christi obtrudere moliuntur. Est itaq; Electio, quæ & Prædestinatio dicitur, ordinatio Dei, qua ipse ante constitutionem mundi, secundum beneplacitum & consilium voluntatis suæ, per Chri-  
stum & in Christo elegit omnes in Chri-  
stum redemptorem credituros ad vitam  
æternam, ut sint sancti & inculpati coram ipso, vtq; laudem gloriæ, gratiæ eius præ-  
dicent in omni æternitate. Hæc definitio  
extructa ex primo capite Epistolæ Pauli ad Ephesios circumstantijs absoluitur. Qua-  
rum Prima est, de tempore. Secunda, de  
causa electionis. Tertia, de modo & funda-  
mento. Quarta, de conditione & euentu.  
Quinta, de vita æterna, ad quam possiden-  
dam eligimur. Sexta, de finib; electionis.  
His circumstantijs explicatis, mysterium  
electionis conspicietur, quarè de illis pauca  
adiçiamus.

P R I M A.

Prima circumstantia est temporis,  
quod electio hæc decreta sit ante constitu-  
tionem seu creationem mundi, ex quo con-  
cludi-

ontigit,  
quibus scri-  
i secundum  
n sanctifica-  
verbis duo  
ui per Evan-  
n sanctifica-  
tu sine sancti  
dum imagi-  
atio ista non  
ominum ar-  
inata & pre-  
t. Apolitus,  
stolicam, ve-  
ir. Tametsi  
ostoli missi in  
rent Euange-  
videlicet an-  
constitutum  
mpore reue-  
r. Quando  
visit Deus si-  
, factum sub  
i, redimeret,  
scantia plura  
  
N E.  
Porrò

4

10

E P I S T . I.

cluditur, quod sit certa & immota. Nam cùm Deus præuideret lapsum hominí an- te mundi conditionem, ordinauit & reme- dium, & decreuit ex lapsu reuocare om- nes, qui remedium offerendum & gratui- tum erant recepturi. Hinc Paulus Electio- nis verbum, quod est Euangelium, con- cludit non esse recens natum tempore A- postolorum, sed longè antea decretum, suo tempore mundo reuelandum. Atq; ideo idem Paulus Euangelium definit esse reue- lationem mysterij, quod à temporibus æ- térrnis tacitum fuit, quod nunc tandem ma- nifestum factum est, & per scripturas Pro- pheticas ex mandato Dei in obedientiam fidei apud omnes gentes declaratum, Ro- man. 16. Ex hac circumstantia fides nostra confirmetur de immoto decreto Dei, quo statuit ante conditum mundum saluare credentes. Deinde etiam animetur & ar- metur aduersus omnes hostes Euangelij, qui Euangelium tanquam fabulosam do-ctrinam temporibus Apostolorum natam calumniantur.

S E C V N D A.

Secunda circumstantia est, de causa electionis, quam Paulus scribens Ephesij  
Eu&okia

D. PETRI.

Εὐδοκίαρ voluntatis Dei nominat. Augustinus autem misericordissimam Dei voluntatem. De hac voluntate Dei & paterna misericordia, ubi certò nobis constiterit, habet fides firmissimum suæ electio- nis fulcimentum. De hac misericordia Dei seu misericordissima uoluntate ipse Dominus apud Esaiam 54. cap. loquitur in hunc modum: Montes mouebuntur, & colles contremiscent, misericordia autem mea non recedet à te, nec foedus pacis meę mouebitur, dicit miserator tuus Dominus. Et Psal:145. Miserator & misericors Dominus, tardus ad iram & multum misericors. Bonus Dominus vniuersis, & miserationes eius super omnia opera eius. Verum ne si- namus hanc Dei voluntatem nobis vlla sophistica obscurari, intueatur fides nostra hæc quatuor: Missionem filij Dei in mun- dum; Mandatum vniuersale, vt audiamus Euangeliū: promissionem gratię vniuer- salem; & ob-signationem foederis vniuersalem. Hæc enim quatuor rectè cogitata ita certificabunt conscientias nostras de vo- luntate Dei, qua ex mera sua misericordia vult saluos nos facere, vt facile contemna- mus omnium Diabolorum & hominum strophas & verutias argutiarum.

P R I.

4

10

## E P I S T . I.

PRIMVM itaq; intueamur missio-  
nem Filij, quæ sanè locupletissimum est pa-  
ternæ voluntatis in Deo erga omnes ho-  
mines testimonium, iuxta hæc dicta Ioan.  
3. Sic Deus dilexit M V N D V M, quod Fi-  
lium suum vnigenitum dederit, vt omnis  
qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat  
vitam æternam. Roman: 5. Commendat  
Deus caritatem suam erga nos, quod cum  
adhuc essemus P E C C A T O R E S, Chri-  
stus pro nobis mortuus est. Matth: 11.  
Non veni vocare iustos, sed peccatores ad  
pœnitentiam. Et Paulus 1. Timoth: 2. Fi-  
delis sermo & omni approbatione dignus,  
quod Christus Iesus venit in hunc mun-  
dum, peccatores saluos facere. Et Ioan: in  
prima Epistola: Christus apparuit, vt de-  
struat opera Diaboli. Et ad Tit: 2. Appa-  
ruit gratia Dei salutaris omnibus homini-  
bus. Luc:9. Filius hominis non venit ani-  
mas perdere, sed saluare. Matth:18. Venit  
filius hominis seruare quod perierat. Iam  
autem non pauci aliqui perierunt de ge-  
nere humano, sed totum genus huma-  
num. Quemadmodum igitur in Adamo  
omnes lapsi sumus: Ita cum Adamo om-  
nibus datur promissio Seminis, contrituri  
caput Serpentis. Hæc testimonia de missio-  
ne Fi-

ne Filij  
nem amb  
miserit Fi  
selectos d  
seruet. Qu  
non resp  
dicetur.  
SEC  
Dei vniue  
cat de voli  
tendente se  
potest, vt i  
luntate pu  
Quare cum  
audiant,  
audiant,  
ant. Pra  
fidem. Vi  
saluentur.  
Patris, amar  
terram cum  
vniuersum,  
mni crean  
tus fuerit, si  
uerfal is or  
cunt mand  
vt extendi  
mni cond

D. P E T R I.

ne Filij firmiter teneamus, quæ cítra omnem ambiguitatem testantur, quòd Deus miserit Filium, non vt paucos quosdam selectos de genere humano, sed vt omnes seruet. Quare autem euentus in hominibus non respondeat huic Dei voluntati, postea dicetur.

S E C V N D O intueamur mandatum Dei vniuersale, quod similiter nos certificat de voluntate & misericordia Dei, extendente se ad O M N E S, fieri enim non potest, vt mandatum Dei cum ipsius voluntate pugnet, cum Deus sit iustissimus. Quare cum iubet, vt omnes suum Filium audiant, vult profectò, vt omnes ipsum audiant, vult vt ex auditu fidem concipiāt. Prædicatio enim Euangeli requirit fidem. Vult deniq; vt omnes credentes saluentur. Deinde Filius, qui est imago Patris, amandat discipulos suos in omnem terram cum hoc mandato: Ite in mundum vniuersum, & proclaimate Euangelium omni creaturæ, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Hic particula vniuersalis omnis, & vox creaturæ, conuincunt mandatum filij Dei ita vniuersale esse, vt extendat se ad omnes homines absq; omni conditione nationum, personarum

C aut

4  
10

E P I S T . I.

aut quarumvis qualitatum. Cum igitur hoc mandatum clare testetur, Deum reuera omnium hominum salutem velle, Quis est, qui se vlla sophistica huic mandato audet opponere? Quid dicemus de hac liberalissima inuitatione filij Dei Matth. ii. Venite ad me O M N E S, qui laboratis & onerati estis, ego reficiam vos. Hic vtrunque, hoc est, mandatum & promissio voluntatem Dei paternam esse testantur, quod velit reuera omnes venire ad Christum vocantem, ut omnes in eo salutem consequantur. Firmissime itaque & sine omni hæsitatione fides nostra statuat, hoc mandatum Dei æternum & vniuersale, infallibile voluntatis ipsius testimonium esse erga omnes homines, & procul absit a Christiano pectore cogitare, Deum extero ministerio omnibus offerre salutem, sed intus tamen aliam voluntatem inclusam habere. Hoc enim planè esset Deo iustissimo contradictorias voluntates tribuere. Quod quam sit absurdum, quis non videt?

T E R T I O, intueamur promissionem gratiæ vniuersalem, quam cum voluntate Dei congruere necesse est. Hæc est, dicit Dominus, voluntas Patris mei qui misit me,

me, v  
in eum  
Sic nor  
qui in c  
istis, l.  
mines  
tatis v  
erga vi  
nes ad p  
Prophet  
lis; Reu  
ma, & p  
corum,  
impiera  
iudiciu  
viuific  
se ab d  
peratus  
Item, C  
ab omni  
erit vob  
à vobis  
bus pra  
nouum  
morter  
timini  
est vnu  
cipien

D. P E T R I.

me, vt omnis, qui videt Filium & credit  
in eum, habeat vitam æternam. Matth.18.  
Sic non est voluntas ante Patrem meum,  
qui in coelis est, vt pereat unus de pusillis  
istis. 1. Timoth. 2. Deus vult omnes ho-  
mines saluos fieri, & ad agnitionem veri-  
tatis venire. 1. Pet. 3. Deus longanimis est  
erga vos, non volens vlos perire, sed om-  
nes ad pœnitentiam recipere. Huc multa  
Prophetarum dicta pertinent, vt Ezechie-  
lis : Reuertatur unusquisque à via sua pessi-  
ma, & propitius ero iniustati & peccato  
eorum. Item, Cum auerterit se impius ab  
impietate sua quam operatus est, & fecerit  
iudicium & iusticiam, ipse animam suam  
viuificabit. Considerans enim & auertens  
se ab omnibus iniuitatibus suis, quas o-  
peratus est, vita viuet & non morietur.  
Item, Conuertimini & agite pœnitentiam  
ab omnibus iniuitatibus vestris, & non  
erit vobis in ruinam iniuitas. Prohcite  
à vobis omnes iniuitates vestras, in qui-  
bus præuaricati estis, & facite vobis cor  
nouum & spiritum nouum. Item, Nolo  
mortem peccatoris, dicit Dominus, reuer-  
timini & viuite. Hæc gratiæ promissio, vt  
est vniuersalis : ita & gratuita sola fide ac-  
cipienda. Vtrumque docet Apostolus ad

C 2 Rom.9

Cum igitur  
Deum reue-  
nvelle, Quis  
mandato au-  
is de hac libe-  
Marth.ii. Ve-  
oratis & one-  
Hic virung,  
issio volunta-  
tur, quod ve-  
Christum vo-  
alutem conse-  
& sine omni-  
tuat, hoc man-  
nuerit, infal-  
fimonium esse  
procul absit à  
Deum exter-  
re salutem, sed  
tem inclusam  
et Deo iustilli-  
cates tribuere,  
qui non vi-  
promissionem  
cum voluntate  
Hæc est, dicit  
mei qui misit  
me,

E P I S T . I.

Rom. 9, 10. & 11. vbi sumam disputationis de voluntate Dei & gratiae promissione in hunc modum colligit. Non est distinctio Iudaei & Graeci. Idem enim Dominus omnium, diues in omnes, qui inuocant ipsum. Quisquis enim inuocauerit nomen Domini, saluabitur. Ex hisce dictis fides nostra firmissimam consolationem concipiatur aduersus eos, qui tribuunt Deo προσωποληψίαν, & statuat procul omni dubio de voluntate Domini sentiendum esse, ex hac vniuersali gratiae promissione, quæ omnibus sophismatis opponatur.

Q V A R T O , intueamur ob-signationem foederis vniuersalem, qua nihil dulcius cogitari potest. Quis quæso satis demirari poterit bonitatem & Εὐλαύθρωπίαν Dei, qui non solum promiscuè omnibus salutem promittit, verum etiam eandem mandat omnibus ob-signari ? Nam dum iubet omnes gentes baptizari, vult profetò, quod iubet, & verissimè omnibus sum gratiam ob-signat. Qui enim fieri posset ut, cum sit iustissimus Deus, omnes inuitaret ad Baptismum dulcissimum sui foederis testimonium, nisi omnibus gentibus salutem, quam ob-signat baptismo, impar-tiri

tiri vel  
stra ren  
conuert  
tanquar  
immori  
moniur  
Signara  
tiner fac  
Dominu  
nat, & te  
guinis no  
nos ipfi h  
non viol  
monstra  
de volu  
causa n  
neamus  
nendæ, c  
sericordi  
millioner  
onem, &  
ueritamus  
caro noi  
erga nos

Mc

D. P E T R I.

tiri vellet? Quotiescumq; igitur fides no-  
stra temptationibus de electione fatigatur,  
conuertamus cor nostrum ad Baptismum,  
tanquam firmissimum salutis fulcrum, &  
immotum voluntatis Dei erga nos testi-  
monium, ne nostra culpa promissa & ob-  
signata salute excidamus. Huc etiam per-  
tinet sacratissimæ Cœnæ institutio, in qua  
Dominus eandem gratiam nobis obli-  
gnat, & testatur se precio suæ carnis & san-  
guinis nos à morte æterna liberasse, modo  
nos ipsi hanc dulcissimam cœnæ perfidè  
non violauerimus. Cum itaq; ex his de-  
monstrationibus euidenter nobis constat  
de voluntate Dei paterna erga omnes, quæ  
causa nostræ electionis est, firmissimam te-  
neamus fiduciam salutis promissæ obti-  
nendæ, & ad hæc quatuor testimonia mi-  
sericordissimæ voluntatis Dei, videlicet  
missionem Filij, mandatum Dei, promissi-  
onem, & obsignationem gratiæ nos con-  
uertamus, quoties vel Satan vel propria  
caro nostram fidem de misericordia Dei  
erga nos labefactare ceperit,

T E R T I A.

Modum & fundamentum electionis  
C 3 nostræ

4  
10

E P I S T . I.

nostræ tenere oportet. Est autem is modus  
vnicus & uerissimus, quem Diuus Paulus  
Ephesjſ scribens nobis commonstrat. Ele-  
git nos, inquit, in Christo ante constitutio-  
nem mundi. Item, Prædestinavit nos in  
adoptionem per Christum. Item, Gra-  
tos nos fecit in dilecto, in quo habemus  
redemptionem per sanguinem eius. Hæc  
dicta Spiritus sancti & similia multa te-  
stantur, quod Deus nos elegerit non ex a-  
rando fatales libros cum Zenonis familia,  
sed statuendo iuxta consilium voluntatis  
suæ modum salutis consequendæ per Chri-  
stum & in Christo. Fides proinde nostra  
non vagetur extra hunc modum & hoc  
fundamentum electionis nostris, non quæ-  
rat in parcarum tabulis certitudinem salu-  
tis suæ, sed acquiescat in filio Dei, in quo  
solo salutis nostræ certitudo fundatur.

Q V A R T A.

Conditionis & euentus in definitione  
meminimus, quorum explicatio permul-  
tum faciet ad claram huius mysterij noti-  
ciam. Conditio itaq; requiritur, iuxta vo-  
cem Euangelij, pœnitentiæ seu conuersio-  
nis, seu fidei, cuius loco propria eius adiun-

cta seu

&a seu  
tio, sanct  
Nam vb  
ditia, qu  
membra  
Christo  
censend  
fidem vi  
catur, Ha  
minus in  
mundum  
gelium o  
baptizati  
incredul  
mandat  
nem fid  
pissime  
vbi de el  
cemos, in  
tur iustic  
iusticiam,  
ro secan  
cæ non p  
sed ex op  
sus fueri  
dideris  
citatit e  
creditur

D. P E T R I.

Etia seu notæ ponuntur, vt sunt regeneratio, sanctificatio, patientia, inuocatio, &c. Nam vbi hæc sunt, certissima sunt fidei inditia, qua cum inserimur Christo, & eius membra efficimur, electi dicimur, quia in Christo sumus, extra quem nemo electus censendus est, & in quo quisquis fuerit per fidem ut membrum Christi, electus iudicatur. Hanc fidei conditionem adiecit Dominus mandato Marci vltimo: Euntes in mundum vniuersum, proclamate Euangelium omni creaturæ, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluabitur. At qui fuerit incredulus, condemnabitur. Hoc Christi mandatum & promissio requirit conditionem fidei, quam conditionem Paulus saepissime nobis commendat. Ut ad Rom. 9. vbi de electione disputat. Quid igitur dicemus, inquit, Gentes, quæ non sectabantur iusticiam, apprehenderunt iusticiam, iusticiam, inquam, quæ est ex fide. Israël verò sectans legem iusticiæ, ad legem iusticiæ non peruenit. Quare? quia non ex fide, sed ex operibus legis. Et in 10. Si confessus fueris ore tuo Dominum Iesum, & credideris in corde tuo, quod Deus illum excitarit ex mortuis, saluaberis. Corde enim creditur ad iusticiam, Ore autem fit confessio

C 4 fessio

4  
10

E P I S T . I.

fessio ad salutem. Dicit enim scriptura: Omnis qui credit in ipsum non pudebit, non enim est distinctio Iudæi & Græci. Nam idem Dominus omnium, diues in omnes inuocantes ipsum. Quisquis enim inuocauerit nomen Domini, saluabitur. Ad Coloss. 1. Si modo in fide permaneatis fundati & firmi, & non transmoueamini à spe Euangeli, quod audiuistis. Ad Ebræos. 3. Participes facti sumus Christi, si modo incoatam fiduciam vscq; ad finem firmam retineamus. 1. Tim. 2. Mulier saluabitur, si permanserit in fide. 2. Corinth. 5. Si tamen vestiti & non nudi reperiamur. Huc plurimæ conciones Domini pertinent. Veni vocare peccatores ad pœnitentiam. Ioan. 3. Quemadmodum exaltauit Moses serpentem in deserto: Sic exaltari oportet Filium hominis, ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Sic enim dilexit Deus mundum, ut Filium suum vnigenitum daret, ut omnis, qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam. Iohan. 3. Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint. Hæc conditio etiam in Prophetis særissimè inculcatur. Si, inquit Ieremias, pœnitentiam egerit gens illa à malo, quod locutus sum aduer-

aduerfus  
super mal  
Si fecerit i  
diant voi  
super bon  
ei. Quod  
fit, appar  
am egeni  
illud Paul  
gelizem, I  
in seruitute  
prædicauer  
monia hæc  
cent, quod  
vi quæ re  
hoc est, a  
in Iesum C  
catio & no  
quo fit, vt h  
fidæ, nunc  
dientia, nu  
gnetur. N  
Legis cond  
fibilis est, jo  
la non offe  
impleta le  
cia & salu  
fit, ad Chn

D. P E T R I.

aduersus eam, agam & ego pœnitentiam super malo, quod cogitauit facerem ei. Si fecerit malum in oculis meis, ut non audiant vocem meam, pœnitentiam agam super bono, quod locutus sum ut facerem ei. Quod hæc conditio omnino necessaria sit, apparet apud Lucam: Nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis. Huc & illud Pauli pertinet, Væ mihi si non Evangelizem. Item, castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte cum alijs prædicauero, ipse reprobus efficiar. Testimonia hæc à nobis posita, clarissimè docent, quod electio nostri sit conditionata, ut quæ requirit conditionem pœnitentiæ, hoc est, conuerzionis ad Deum per fidem in Iesum Christum, cum qua fide & inuocatio & noua obedientia est coniuncta, ex quo fit, ut hæc conditio conuerzionis nunc fidei, nunc inuocationis, nunc nouæ obedientiæ, nunc sanctificationis nomine signetur. Nam hæc natura coniuncta sunt, Legis conditio, quæ nostra culpa impossibilis est, longè diuersa ab hac est. Nam illa non offert salutem, nisi cum conditione impletæ legis, quæ impletio causa sit iustitiae & salutis. Hæc causa, cum in nobis non sit, ad Christum mittit nos Euangelium,

C 5 quod

4  
10

E P I S T . I.

quod prædicat pœnitentibus remissionem  
peccatorum in nomine Christi, qui est fi-  
nis & consumatio legis in iusticiam omni-  
credenti. Ex his, quæ hactenus de condi-  
tione dicta sunt, facile est intelligere, quid  
de euentu sentiendum sit, propter quem  
multi quidem dicuntur vocati, pauci uero  
electi. Nam quantum ad euentum atti-  
net, soli electi dicuntur, qui fidem ex audi-  
tu verbi concipiunt, seu qui Christum,  
quem prædicat Euangeliū, fide recipi-  
unt, ut eius iam membra censeantur, in  
quo solo rata est electio. Quod autem mul-  
ti, proh dolor, audito Euangeliō non  
credunt, & propterea damnati & non elec-  
ti dicuntur, causa in ipsis quærenda est,  
& non in Deo, qui iubet ut omnes Filium  
audiant. Huc quoq; facit iustissima que-  
rela Domini: Quoties congregare volui  
filios tuos, quemadmodum congregat  
pullos suos gallina, & noluisti, Ecce relin-  
quetur domus vestra deserta. Hic tria cla-  
rè exprimuntur. Primum, quod Christus  
reuera voluerit salutem Ierusalem, id quod  
voce & lacrymis testatur. Secundum,  
quod Ierusalem oblatam salutem suapte  
malitia repudiarit. Tertium, quod com-  
minetur Dominus damnationis pœnam  
contu-

contumac  
et, & noi  
& mitem  
uit Ierusa  
poterit ve  
te vocatio  
multi sap  
multi pore  
enim rebus  
nobilitate i  
nauseent ad  
pereant. H  
repetita apu  
sunt vocati  
admodum  
multi ope  
quas multa  
ber in regn  
qui vocati  
qui in uitati  
vetem nupi  
Christi, qui i  
bantur. Est  
Multi sunt  
ad salutem  
Sed pauci  
stanti veste  
nientes, &

D. PETRI.

contumaci populo. Huius euentus respettu, & non consilio Dei creantis hominem & mittentis Filium in mundum, dici potuit Ierusalem non electa. Hoc confirmari poterit verbis Apostoli, qui ita ait: Vide te vocationem vestram fratres, quod non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles. Hisce enim rebus, sapientia carnis, potentia & nobilitate veluti inescantur multi, ut nauseent ad Euangelium, ac ita sua culpa pereant. Huc & illa Domini querela bis repetita apud Matthæum pertinet: Multi sunt vocati, pauci vero electi. Nam quemadmodum res se habet in vinea, in quam multi operari vocantur, & in nuptijs, ad quas multi inuitantur: Ita se etiam res habet in regno Christi. Ut enim ejciuntur, qui vocati murmurant, & excluduntur qui inuitati venire recusant, vel admissi vestem nuptialem non habent: Ita è regno Christi, qui se, ut decet, non gerunt, exturbantur. Est igitur sensus querelæ Domini: Multi sunt vocati, id est, multi inuitantur ad salutem per prædicationem Euangelijs, Sed pauci sunt electi, id est, sinceri & gestanti vestem nuptialem, hoc est, verè pœnitentes, & seriam emendationem meditantes.

nissionem  
qui est fi-  
ciam omni-  
is de condi-  
ligere, quid  
opter quem  
, pauci uero  
entum arti-  
em ex audi-  
Christum,  
fide recipi-  
seantur, in  
autem mul-  
ti angelio non  
ati & non ele-  
s querenda est,  
omnes Filium  
ustissima que-  
gregare volui-  
m congregat-  
sti, Ecce relin-  
. Hic tria cla-  
uòd Christus  
alem, id quod  
Secundum,  
ludem suapre-  
z, quòd com-  
onis panam  
concu-

4  
10

E P I S T . I.

tantes sanctimonia vitæ. Quoties igitur in scripturis legimus de paucitate electorum, non respiciamus ad consilium creatoris & redemptoris, volentis ex sua misericordissima voluntate omnes homines saluos fieri, sed ad euentum, quo homines contumaces iustissimè abiciuntur, ut sui furoris æternas pœnas luant. Fides proinde nostra non finat se istis dictis, quæ ad euentum referenda sunt, abduci ab vniuersali gratiæ promissione, sed potius intueatur modum & conditionem æternæ electionis, & paternæ voluntatis Dei erga omnes.

Q V I N T A.

Circumstātia quinta est de eo, ad quod eligimur, hoc est, de vita æterna & beata. Quemadmodum enim primus homo conditus erat, ut ipse cum sua posteritate beatus in Paradiso viueret, seruata conditione obedientiæ erga mandatum, quod Dominus ei dederat, videlicet, ne de fructu certæ cuiusdam arboris gustaret: Ita in secundo Adamo Iesu Christo, per quem à commerita damnatione redempti sumus, promissionem habemus cœlestis Paradyssi adeundæ. Sed, ut dictum est, cum conditione

tionē pœ  
Paradisi  
tacēper  
minūm, q  
ærumnosa  
mo prim  
tisimus, i  
uenimur, S  
mo obtine  
ipſius gratia  
ta æterna, N  
uimur, & e  
iam nouam  
Huius nou  
æterna, vi  
ta æterna,  
deliciarum  
ditates in d  
abundanciæ  
cat plenitud  
rerum exper  
bonorum c  
Domini, vt  
quietendur  
nant iucur  
summae de  
contempla  
Pallio vel

D. P E T R I.

tione pœnitentiae seu fidei. Hæc cœlestis  
Paradisus fruitio æterna Dei est, in societate  
perpetua castorum angelorum & hominum, qui in invocatione filij Dei ex hac  
ærumnosa vita migrant. Nam ut in Adamo  
primo miserias sempiternas commeriti sumus, in eo enim & rei & immundi inuenimus; Sic in Christo Iesu secundo Adamo  
obtinebimus non nostris meritis, sed ipsius gratia sempiternas voluptates in vita  
æterna. Nam & per illum à reatu absoluimur, & eius Spiritu sanctificamur, vt  
iam nouam vitam meditari incipiamus.  
Huius nouæ vitæ meditatio incoatio est  
æternæ vitæ, ad quam eligimur, in qua vita  
æterna, iuxta Psalm. 16, erit abundantia  
deliciarum vultus Domini, & erunt iucunditates in dextera eius in æternum. Cum  
abundantiae deliciarum meminit, significat plenitudinem & saturitatem omnium  
rerum expetendarum, & statum omnium  
bonorum copia perfectissimum. Vultus  
Domini, vt summum bonum, in quo acquiescendum est, proponitur, vnde manant  
iucunditates in dextra Dei, id est,  
summæ deliciæ & spirituales voluptate ex  
contemplatione maiestatis diuinæ, qua ut  
Pallio vestiti, gloriosi apparebimus in omni

ties igitur in  
electorum,  
creatoris &  
iisericordissi-  
saluos fieri,  
contumaces  
furoris æter-  
de nostra non  
uentum ref-  
ersali gratiæ  
atur modum  
nis, & pater-

de eo, ad quod  
eterna & bea-  
primus homo  
ia posteritate  
ruata condi-  
atum, quod  
et, ne defru-  
ustaret; Ita in  
, per quem à  
emti sumus,  
estis Paradisi  
, cum condi-  
tione

4  
10

E P I S T . I.

mni æternitate. Horum bonorum, quæ nulla mens in hac vita capere potest, per exiguum quendam gustum sentiunt pñ in hac vita, hoc est, qui verè credunt & aguntur spíritu Dei. Hinc fides nostra accendatur, ac meditatione horum bonorum, quæ promittuntur perseverantibus vscꝝ ad finem, crescat, vt inuita se opponat obiectamentis omnibus Satanæ & carnis, statuantque hanc vocem filij Dei præferendam esse omnibus argutis Diabolorum & hominum. Qui credit in Filium, habet vitam æternam. Quisquis enim credit, Christum habet in se habitantem, qui est solus via vitæ æternæ.

S E X T A.

Sexta circumstantia vltima est, de finibus Electionis, qui sunt duo. Quorum primus est, vt simus sancti & irreprehensibiles coram Deo, ita enim Paulus loquitur, Ephesis scribens. Alter est, vt laudetur gloria ipsius à nobis, cum in hac vita tūm in omni æternitate. Quantum autem ad priorem finem attinet, qui est, vt sancti simus & irreprehensibiles coram Deo, recte tempora distinguenda sunt. Est enim tem-

tempus in  
perfectione  
etatis Chr  
etiae, qual  
mundi, &  
hostiae pla  
& tempu  
sancti erit  
prehensibi  
tia Dei lu  
rissimi, C  
Dei, atq; ap  
pore integ  
conseruab

Qu  
attinet, c  
scendum  
confusat i  
Dei, in co  
tota vita n  
inuitentur  
post reflu  
geli Dei  
mus. At  
sime CH  
& animis  
nitate,

D. P E T R I.

tempus incoationis, quo sancti sumus, non perfectione virtutis, sed imputatione sanctitatis Christi, & incoatione nouæ obedientiæ, qua segregamus nos à prophanitate mundi, & applicamus nos Deo, ut simus hostiæ placentes per Iesum Christum. Est & tempus consumationis, quando actus sancti erimus, & perfectione virtutis irreprehensibles. Mens enim perfectissima noticia Dei lucebit. Affectus omnes erunt purissimi. Cor ardebit perfecta dilectione Dei, atq; adeo totus homo anima & corpore integerrimus erit, in qua integritate conseruabimur in omni æternitate.

Quantum autem ad alterum finem attinet, qui est, vt laudetur gloria ipsius, sciendum est, quod in hac vita iste finis consistat in puritate mentis, in agnitione Dei, in confessione, in cruce, atq; adeo in tota vita nostra, vt multi nostro exemplo inuitentur ad glorificandum Deum. At post resurrectionem cum castissimis Angelis Dei perpetuas laudes Dei personabimus. Atq; ita recepta imagine Dei, plenissimè C H R I S T O Domino corporibus & animis conformes erimus in omni æternitate.

Hæc

4  
10

E P I S T . I.

Hæc sunt, quæ hoc tempore de Elec-  
tione ascribere placuit. Quæ omnia eò  
pertinent, vt excitent in nobis timorem  
Dei & perseverantiam in fide. Nam qui  
perseverauerit usq; ad finem, saluus erit.  
Nemo proinde Deo imputet suum interi-  
tum, sed potius cum Daniele confiteatur:  
Tibi Domine iusticia, nobis autem confu-  
sio faciei. Caueat igitur vnuſquisq;, ne  
peccandi petulantia & consuetudine mere-  
atur abiici cum Pharaone, Iuda & simili-  
bus. Iuste enim, vt ait Fulgentius, deserit  
tur à Deo, qui Deum deserit. Relinquat  
proinde, vt idem ait, impius viam suam  
qua peccat. Relinquat iniquus cogitatio-  
nem suam, qua de peccatorum remissione  
desperat, & secundum Prophetæ dictum  
conuertatur ad Dominum, quia multus  
est ad ignoscendum. In hoc multo nihil de-  
est, in quo est omnipotens misericordia, &  
omnipotentia misericors.

In obedientiam & aspersio-  
nem sanguinis Iesu Christi.

Hæc verba duplicum sensum recipi-  
unt. Primum εις pro η ponitur, & η pro  
δια, vt in hunc modum reddi sensus pos-  
sit; per inobedientiam & aspersiōnēm san-  
guinis

guinis I  
lutiſnoti  
vt obedi  
cauſa eſt;  
eſt. Nam  
dentibus  
ſiōne ſan-  
guinis ſan-  
cti readnitum  
& accōm  
Hebr.9, A  
pha omnes  
eſt praeſotū  
via Christi  
nis Christi  
æternam,  
cauſa, Fida  
fert Euang  
tus ſanctus,  
ta, Baptiſti  
ſenſus, que  
hic eſt, vt pa  
cipiū expri  
qua Deo iar  
ſio ſanguin  
nis peccat  
Verum pr  
conuenire

D. P E T R I.

guinis Iesu Christi. Atq; ita ad causas salutis nostræ referenda sunt hæc verba. Nam vt obedientia Christi, materialis salutis causa est: Ita aspersio sanguinis formalis est. Nam vt obedientia Christi nobis credentibus in iusticiam imputatur: Ita aspersione sanguinis consecramur Deo, vt simus sancti. Videtur autem Petrus respicere ad ritum legis, qui describitur Exod. 24. & accommodatur ἀντιπόστολῳ Christo ad Hebr. 9. Atq; ita habemus in hac epigrapha omnes causas salutis nostræ. Efficiens est prænotio & electio. Materia, obedientia Christi. Formalis causa, aspersio sanguinis Christi. Finalis, sanctificatio ad vitam æternam. His iam seruit instrumentalis causa, Fides, quæ salutem accipit, quam offert Euangeliū, in quo efficax est Spiritus sanctus, & quam obsignant sacramenta, Baptismus & Cœna Domini. Alter sensus, quem hæc verba recipere possunt, hic est, vt partes sanctificationis nostræ precipuae exprimantur, quæ sunt, obedientia, qua Deo iam regeniti obedimus: & aspersio sanguinis Christi, id est, fides remissionis peccatorum per sanguinem Christi. Verum prior sensus præsenti loco magis conuenire videtur.

D      Gratia

4  
10

E P I S T . I.  
Gratia uobis & pax multipli-  
cetur.

Salutatio & fausta precatio est, conti-  
nens summam beneficiorum Euangeliū.  
Gratia, cùm fauorem Dei gratuitum, tum  
dona, quæ Deus nobis fauens largitur, si-  
gnificat. Pax, hoc loco, omnem posterita-  
tem notat. Hanc interpretationem pacis  
hoc loco requirit additum verbum, mul-  
tiplicetur. Aliás pax & gratia, distin-  
guuntur vt causa & effectus, vt gratia sit  
fauor Dei gratuitus, Pax vero recōciliatio  
nostrī cum Deo, fauoris effectus. Porro  
cum optat Apostolus Christianis gratiam  
& pacem, tria haud obscurè subindicat.  
Primum, quòd natura neq; in gratia Dei  
simus, neq; cum eo pacem habeamus.  
Nam iuxta Apostolicam doctrinam, filij  
iræ sumus, & non pacis. Secundum, quòd  
Deus sit omnis gratiæ & pacis autor. Vo-  
rum enim Apostoli dirigitur ad Deum, à  
quo petit gratiam & pacem dari homini-  
bus. Tertium, quòd hæc bona, gratia &  
pax, exemplo Petri petenda sint à Deo p̄ijs  
votis, & nobis & alijs optanda.

Benedictus Deus, & pater  
Do-

Dom  
secund  
cordia  
uiuam  
Christ  
tem in  
tamina  
conseru  
virtute  
dem ad  
est pati  
Vi  
mam Eu  
opaimo o  
gelijest, q  
lus omnib  
principalis  
coelestis irr  
& elegit &  
eo comp  
etiam dic  
resurrecu  
tum opu  
cer obedi

D. P E T R I.

Domini nostri Iesu Christi, qui,  
secundum multam suam miseri-  
cordiam, regnuit nos in spem  
uiuam, per resurrectionem Iesu  
Christi ex mortuis, in hæredita-  
tem incorruptibilem, & incon-  
taminatam, et immarcessibilem,  
conseruatam in cœlis nobis, qui  
uirtute Dei custodimur per si-  
dem ad salutem, quæ præparata  
est patefieri tempore extremo.

Vt hoc exordium eucharisticon sum-  
mam Euangeli proponit: Ita salutis causas  
optimo ordine enumerat. Summa Euan-  
geli est, quod Christi merito contingat sa-  
lus omnibus in ipsum credentibus. Causa  
principalis salutis est, misericordia Patris  
coelestis immensa, qua Deus præcognoscit  
& elegit & saluat. Haec enim nos in dile-  
cto complectitur, quam ob rem euangelia  
etiam dicitur ad Ephesi. Materia salutis est  
resurrectio Christi, qua Synecdochicōs to-  
tum opus redemtionis intelligitur, videlicet  
obedientia legis & crucis. Resurrectio-

D 2 nis

4  
10

E P I S T . I.

*via p̄f̄m  
di oblation  
perlatum*

nis autem præcipue meminit, cum quia in ea potentia Christi clarius conspicitur, tum quia vita æternæ infallibile est testimonium & causa. Via autem seu ratio consequendi oblatam in Euangelio salutem, exprimitur cum ait: Qui regenuit nos in spem viuam. Hic actio Dei consideranda est in hominis noua nativitate, qua videlicet formatur nouus homo seu noua creatura ad imaginem Dei. Deus enim regnxit hominem per prædicationem Euangelij, in qua Spiritus sanctus efficax est, & operatur fidem, cum qua coniuncta est regeneration, quæ est sanctificatio nostri, in alijs maior, in alijs minor, pro fidei mensura. Qui ergo credit, nouus homo est natus, id est ex Deo per renouationem Spiritus sancti. Huius nouæ nativitatis finem addit, cum inquit: In spem viuam, cuius spei obiectum est hereditas, quæ nec periire potest, ut mundi diuitiae, nec contaminari abusu, nec marcescere antiquitate, ut pote quæ in cœlis seruetur, ubi nulla corruptio, nullus abusus, nulla deniq; defecatio inuenitur. Verum quia omnibus hæc tanta hereditas non obtingit, discernit inter huius hereditatis veros heredes, & alios, qui ab hac hereditate excluduntur, Veros

ros her  
Dei per  
tem pate  
quantur,  
quo & l  
quo seru  
hoc locc  
dine disti  
sola tanta  
sideretur, E  
effectus, qu  
ones huiu  
& illud m  
vani sunt  
mine ac i  
uunt sce  
tiam imp  
bo virtut  
tivitas nou  
fidem hab  
vas actione  
re dicitur,  
Dei nasci,  
nouæ vic

Qu  
paulul

, cum quia in  
conficitur,  
ibile est certi-  
tem seu ratio  
angelio salu-  
i regnuit nos  
ei consideran-  
titate, qua vi-  
mo seu noua  
Deus enim re-  
cationem Eu-  
tus efficax est,  
coniuncta est  
tificatio nostri,  
pro fidei men-  
tius homo est na-  
tionem Spir-  
nitualitatem finem  
em viuam, cuius  
as, quae nec peri-  
iae, nec contami-  
antur antiquitate, ve-  
r, vbi nulla cor-  
illa denigra defe-  
ta omnibus hac  
git, discernit in-  
heredes, & ali-  
luduntur. Ve-  
ros

D. PETRI.

ros hæredes ponunciat eos, qui virtute  
Dei per fidem custodiuntur, donec salu-  
tem patefaciendam in extremo die conse-  
quantur. Est proinde fides instrumentum,  
quo & hæc hæreditas apprehenditur, &  
quo seruatur & possidetur. Obseruentur  
hoc loco salutis nostræ causæ optimo or-  
dine distinctæ, & admoneamur fidei, qua  
sola tanta hæreditas apprehenditur & pos-  
sidetur. Hanc qui habet, nouus homo est  
effectus, qui ut Christi vita viuit: Ita acti-  
ones huius nouæ vitæ edere debet. Hinc  
& illud manifestum redditur, quod planè  
vani sint & mendaces, qui Christi se no-  
mine ac fide iactant, sed interim vitam vi-  
uunt sceleratam, subinde contra conscienciam  
impingentes. Nam cum fides ex ver-  
bo virtute Dei generatur, & ex fide fit na-  
tivitas noua. Qui fieri potest, ut is veram  
fidem habere dicatur, qui nouæ vitæ nouas  
actiones nullas ostendit? Etsi enim ve-  
rè dicitur, Sola nos fide iustificari, & filios  
Dei nasci, noui tamen facti homines, ut  
nouæ vitæ actiones edamus oportet.

Hæredes  
viii

Fides in  
Annum q

Qua in re exultatis tristitia  
paululum, nunc (si opus est) per  
D 3 uarias

4  
10

E P I S T . I.

uarias tentationes affecti.

Quis usus sit spei in ærumnis huius  
vitæ, quibus tentamur, exponit. Vult  
enim nos conferre præsentes erumnas cum  
futuro gaudio, & inde animum nostrum  
confirmare & erigere, quoties tentatio-  
num procellis agitamur. Hic quidem sunt  
variæ tentationes, illic vero plena salus.  
Hic ad breue admodum tempus crucia-  
murus, illic perpetuo viuemus: modo usq;  
ad finem in fide perstiterimus, non fracti  
calamitatibus huius vitæ. Hic locus de  
cruce plenissimè tractatur ad Rom. 8. Et  
pluribus argumentis firmissimis munitur.  
Parenthesi, ( si opus est ) utilem doctri-  
nam continet, uidelicet, quod nemo sibi ipsi  
crucem accersere debeat, sed eam ferat pa-  
tienter, quæ diuinitus ei imposita fuerit.

Vt exploratio fidei uestræ  
multo preciosior auro, quod pe-  
rit, & tamen per ignem proba-  
tur, inueniatur in laudem & ho-  
norem, & gloriam in reuelatio-  
ne Iesu Christi.

Exul-

E  
tix affi  
tur, affli  
ploratur  
affection  
admodi  
magno  
bit: Sic  
bus pen  
laudem,  
videlicet  
iudicatur  
plauius  
consentur  
ratione  
pro exp

Q  
ligitis,  
natis, e  
tatis g  
rioso,

Eff  
Christi.  
delis en  
salutis &

D. P E T R I.

Exultationis sub cruce, id est, patientiae affectum exprimit. Fides auro conferatur, afflictio igni. Ut enim aurum igne exploratur purum ne sit an non: ita fides afflictionib. probatior redditur. Et quemadmodum aurum, si purum inueniatur, in magno precio habetur, et si tandem peribit: Sic fides, quae immota sub temptationibus persistiterit, cedet suis possessoribus in laudem, in honorem & gloriam, quando videlicet filius Dei in secundo aduentu suo iudicaturus est viuos & mortuos. Exempla huiusmodi fidei ad Hebr: 11, multa recensentur, quae faciunt ad huius loci declarationem. Atticimus est exploratio fidei pro explorata fide.

**Quem cum non uideritis, diligitis, quem cum nunc non certatis, ei tamen credentes, exultatis gaudio ineffabili & glorioso.**

Effecta viuae fidei recitat, dilectionem Christi, & gaudium spiritus ineffabile. Fidelis enim homo, cum Christum autorem salutis & fontem omnium bonorum cogi-

D 4 tat,

Exul-

4  
10

E P I S T . L

tat, ad ipsum diligendum accenditur, & cum perpendit è quantis malis sit liberatus, & ad quantam gloriam olim per illum euehendus sit, ineffabili gaudio & glorioſo perfunditur. Cœterūm, vt dilectionis huius comes est obedientia erga Christum, iuxta illud: Qui me diligit, verba mea seruabit: Ita gaudij huius ineffabilis fructus est inuicta animi fortitudo, & gloriōſus in cruce triumphus, quem suo tempore sequetur immortalitatis gloria. Observuetur hoc loco, quæ germanæ & veræ fidei natura sit. Non est enim (vt hypocritæ existimant) ociosa, sed verè actuosa est, vt quæ edat fructus iusticiæ dulcissimos, internos & externos.

Reportantes finem fidei ueſtræ, salutem animarum.

Qualis tandem futurus exitus fidei exponit. Ut enim h̄ic Christum autorem salutis apprehendit fides: ita exitus seu finis erit salus animarum. H̄ic locus apertè duos errores Papisticos refellit. Vnum, quo afferit, quod fides sit tantum initium salutis perficiendæ operibus. Alterum, quo statuitur esse ignis purgatorius, quo Christianorum animæ purgentur à morte,

morte, q  
recte à Pe  
animarum

De  
& ſcrū  
de gra  
nati ſun  
cuiuſmc  
ſignifica  
ritus Cl  
uentura  
nes, &  
as, qui  
non lib  
ſtrabam  
ciata ſun  
dicant u  
Spiritum  
lo, in c  
proſpic  
Occ  
onem eo

D. P E T R I.

morte, quod si verum esset, nequaquam  
rectè à Petro diceretur, quòd finis fidei sit  
animatorum salus.

De qua salute exquisuerunt  
& scrutati sunt Prophetæ, qui  
de gratia uobis præstita uatici-  
nati sunt, scrutantes in quem aut  
cuiusmodi temporis articulum  
significaret, qui in ipsis erat spi-  
ritus Christi, prius significans  
uenturas in Christum afflictio-  
nes, & quæ secutæ erant glori-  
as, quibus reuelatum est, quod  
non sibi ipsis, sed nobis admini-  
strabant, hæc quæ nunc annun-  
ciata sunt uobis, per eos qui præ-  
dicant uobis Euangeliū, per  
Spiritum sanctum missum è cœ-  
lo, in quæ desiderant Angeli  
prospicere.

Occupatio est, qua anteuertit obiecti-  
onem eorum, qui doctrinam Euangeliū

D S tan-

4  
10

E P I S T . I.

tanquam nuper natam aspernabantur,  
quam longè antea à Prophetis propositam  
fuisse testatur. Verum quia in hac perico-  
pa plures sunt doctrinæ, eam in suas partes  
retexam. Primum ergo cum dicit, Pro-  
phetas exquisiuisse & scrutatos fuisse de fa-  
lute, quæ per Euangelium annunciat, r  
significat doctrinam Euangeli non nouam  
esse, aut nuper natam, sed iam inde  
usq ab initio mundi fuisse propositam à  
sanctis Dei Prophetis. Est enim summus  
consensus Mosis, Prophetarum & Aposto-  
lorum, qui omnes sint interpres primæ  
promissionis de Semine mulieris, contri-  
turo caput Serpentis. Secundò, ne quis  
miretur cur isto tempore potius, quam a-  
lio, placuerit Deo Filium mittere, dicit à  
Prophetis articulum temporis & inquisi-  
tum & demonstratum fuisse. Nam & Ia-  
cob Patriarcha signum aduentus Domini,  
ablatum sceptrum de Iuda, proposuit, &  
Daniel annum peragendæ victimæ & ad-  
ducendæ æternæ iusticiæ indicauit. Ter-  
tio, ut fides Prophetis adhibeatur, affir-  
mat eos non proprio motu locutos, sed  
per Spiritum Christi, qui in ipsis erat, edo-  
ctos, quemadmodum fusius explicat Apo-  
stolus noster in primo posterioris Episto-  
læ.

læ. Qua  
rum de  
ros elle  
uentu, de  
sione Spi  
tione Eu  
rum per  
die Pent  
ando per  
tremex  
piunt intr  
nam curic  
mysteri  
geli adhu  
riorum i  
nec cum  
amur. S  
ne, quæ n  
scolorum  
nas nunc  
duo collig  
testamento  
Huc pertin  
mini scrip  
tur. Alte  
vel scrip  
runt hun  
in Papam

D. P E T R I.

Iæ. Quarto, summam doctrinæ Prophetarum de Christo colligit, cum eos vaticinatos esse pronunciat de eius in carnem aduentu, de passione & glorificatione, de missione Spiritus sancti è cœlo, de confirmatione Euangeli, de instructione Apostolorum per Spiritum sanctum, missum è cœlo die Pentecostes, & de Euangelio annunciando per vniuersum orbem. Quinto, extrema exordij particula, in quæ Angeli cupiunt introspicere, eò pertinet, ut humanam curiositatem in examinandis diuinis mysterijs refrenet & corrigat. Nam si Angeli adhuc non intelligunt istorum mysteriorum rationem, sed eam expectant, donec cum illis & nos in æterna vita erudiamur. Simus & nos contenti ea cognitione, quæ nobis voce Prophetarum & Apostolorum patefacta est. Præter has doctrinas nunc propositas ex verbis Apostoli duo colligamus: Primum, quæ in novo testamento legimus, ex veteri stabiliri. Huc pertinet præceptum Domini: Scrutmini scripturas, illæ enim de me testificantur. Alterum, cordatè contemnere eos, qui vel scripturam aspernantur, vel illi præferunt humanas doctrinas, quemadmodum in Papatu fieri videmus.

Qua-

4  
10

E P I S T . I.

Quapropter succincti lumbis mentis uestræ, sobrij, perfectè sperate in eam, quæ ad uos defertur, gratiam, in reuelatione Iesu Christi.

Ex eo quod gratiam Christi, quæ offertur per Euangelium, iam longo exordio prædicauerat, infert propositionem suaforiam, qua hortatur gentes, ut perfectè, id est, sincere & sine fuso sperent in eam gratiam, quæ offertur illis per reuelationem Iesu Christi, id est, per prædicationem, qua patefit ipsis Iesus Christus. Verum, quia hanc spem impedit caro, vult ut succinctis lumbis mentis, & sobrij iter ingrediantur, ut ad salutem propositam perueniant. Metaphora lumborum sumta est ex vetustissimis orientalium moribus, qui, cum prælongis vterentur vestibus, non poterant nisi succinctè iter facere. Hac metaphora usus est Christus, cum inquit: Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ accensæ. Ut autem lumborum cinctura impedimentis quibusuis animi & corporis opponitur, & currendi alacritatem, donec ad metam peruererimus, nobis commendat:

Ita

Ita arde  
opponit  
monent,  
via. Est:  
ta dictur  
meis ver  
quos luc  
do, verbi  
quod Pen  
hoc Chri  
Matth. 14.  
metaphor  
bras, mun  
nes abñci  
hoc mun  
tæ iter  
primis ha  
fonte sapienti  
haufit. E  
dum semp  
quietamq  
quam in ci  
pore, p  
canis & r

Ta  
Prin  
officio,

D. P E T R I.

Ita ardentes lucernę ignorantiae & tenebris  
opponuntur, & certam directionem sequi  
monent, ne quis currendo à recta aberret  
via. Est autem lucerna verbum Dei, iux-  
ta dictum Dauidicum: Lucerna pedibus  
meis verbum tuum, Et ad Philip: 2. Inter  
quos lucete tanquam luminaria in mun-  
do, verbum vitae praetendentes. Porro  
quod Petrus addit, νήφονπες, id est, sobrij,  
hoc Christus vigilandi verbo expressit  
Matth. 14. Marc. 13. & Luc. 12. Sed diuersa  
metaphora. Vult vterque carnis illece-  
bras, mundi curas, falsas & vanas opinio-  
nes abiici, quibus homines ebrij & sopiti in  
hoc mundo non sunt idonei ad hoc gra-  
tiae iter ingrediendum. Obseruetur im-  
primis haec Apostoli exhortatio, quam ex  
fonte sapientiae, hoc est, ex ore magistri sui  
hausit. Hac monemur, ut ad migran-  
dum semper simus parati, nullamque fixam  
quietamque stationem alibi quæramus,  
quam in cœlo, quod sanè nequaquam fieri  
potest, priusquam omnia impedimenta  
carnis & mundi sublata fuerint.

Tanquam filij obedientiae.

Prima ratio propositionis à debito  
officio. Cum vos iam sitis filij Dei effecti  
per

4  
10

E P I S T . I.

per gratiam, par est ut vos geratis, vt filios  
obedientes decet. Monebit igitur nos adop-  
tionis gratia, vt sanctitati & puritati vi-  
tae studeamus. Qui autem hoc non facit,  
contumax est, & adoptionis gratia excidit.  
Vtrumque igitur nos inuitet ad studium in-  
nocentiae, adoptionis dignitas, & contu-  
maciae poena.

**N**on conformantes uos pri-  
stinis in ignorantia uestra cupi-  
ditatibus.

Secunda ratio à vitæ statu sumitur.  
Cum olim in ignorantia viveretis, cupid-  
atum malarum serui fuistis, at hic status  
vester, in quo ex ignorantiae tenebris exi-  
uistis, aliam vitam & alios mores postu-  
lat.

**S**ed ut is, qui vocauit uos, san-  
ctus est, ipsi quoque sancti in omni  
conuersione reddamini.

Tertia ratio est à vocantis Dei condi-  
tione. Is qui vocauit vos in suam famili-  
am, videlicet Deus, sanctus est. Igitur &  
vos sanctos esse oporteat.

**Pro-**

D. P E T R I.

Propterea scriptum est, san-  
cti estote, quia ego sanctus sum.

Testimonio scripturæ tertiam ratio-  
nem munit. Habetur autem hoc testimoniu-  
m in Leuitico, vbi ter hoc præceptum re-  
petitur, nempe ii. 19. 20. capitibus, in qui-  
bus locis sanctitas pollutioni opponi-  
tur.

Et, si patrem cognominatis  
eum, qui citra respectum perso-  
narum iudicat, secundum cuius-  
que opus, in timore incolatus  
uestri tempus transfigite.

Quarta ratio à necessario sumta. Si  
cœlestis patris filij vultis nuncupari, vt  
eius vestigij in sanctitate vera insistatis  
necessarium est. Rationem ex eo confirmat,  
quod Deus sit ἀπόστολος πήρε, vt qui  
non personarum qualitatem, sed rerum ex-  
quirat differentiam. Habet ergo hæc ra-  
tio significationem abdicationis, si patri  
non morem gerant filij. Hic obseruetur  
antithesis, qua opus personæ, & respe-  
ctus seu qualitas personæ veritati operis  
seu causæ opponuntur. Secundum opus

seu

Pro-

4  
10

E P I S T . I.

seu causam iudicat is, qui regulam legis in iudicando sequitur, nulla habita personæ ratione. Secundum personam seu respectum personæ iudicat, qui regulam legis in iudicando negligit, & personæ tantum rationem habet propter fauorem vel odium.

Porro, quia hoc loco, & similibus abutuntur Papistæ, ut euertant totius scripturæ consensum de gratuita iustificatione, & salute, breuiter hoc loco solutionem sophismatis Papistarum ascribam. Cum ergo obiciunt: Deus iudicat quemque secundum opus, aut reddit vnicuique iuxta opera sua, omnium primum huiusmodi sententias generales secundum normam iusticiæ Dei (qua contumaces decreuit rejicare, & credentes omnes in gratiam recipere) applicemus duobus generibus hominum, impijs quidem legaliter, pijs vero Evangelice, quando impijs reddit Dominus secundum opera eorum, non est dubium quin redditurus sit ipsis infernum & damnationem. At cum de conuersis quaeritur, plura spectanda sunt. Primum, quod vita æterna non sit seruorum stipendum, sed filiorum hæreditas. Rom. 6. Donum Dei vita æterna in Christo Iesu domino nostro

nostro, inter pan  
stem, Nan  
qui sunt i  
obedienti  
ter coelest  
gratuitan  
reditur  
rum ne hic  
sunt spectac  
legis sit ful  
enim est cor  
solidu, S  
placeat pr  
putatam  
tur iustic  
tia, quod  
dene, & p  
fi requirit  
munt mere  
per dignit  
per benevol  
fit operibu  
quod oper  
cente prop  
dei, vt effi  
sæ sunt in  
luis redde

I.

i regulam legis in  
la habita persona  
rsonam seu respe-  
qui regulam legis  
& personam tantum  
r fauorem velodi-

o, & similibus ab-  
rant totius scriptu-  
ta iustificatione, &  
solutionem sophis-  
bam. Cum ergo  
cat quemq; secun-  
dum cuiq; iuxta ope-  
num huiusmodi sen-  
tendum normam ju-  
rum aces decreuit re-  
tines in gratiam reci-  
tibus generibus ho-  
m legaliter, pjs vero  
mpjs redder Domi-  
orum, non est dubi-  
fit iplis infernum &  
n de conuersis que-  
unt. Primum, quod  
orum stipendium,  
Rom. 6. Donum  
risto Iesu domino  
nostro

D. P E T R I.

nostro. Deinde, analogia consideranda est  
inter patrem terrenum, & patrem cœle-  
stem. Nam sicut pater terrenus suis liberis,  
qui sunt naturæ lege hæredes, promittit  
obedientibus hæreditatem: Ita Deus pa-  
ter cœlestis suis etiam filijs hæreditatem  
gratuitam promittit, quam tamen dicit se  
redditurum secundum opera illorum. Ve-  
rū ne h̄ic erretur, quatuor circumstantiæ  
sunt spectandæ. Prima, quod pjs rigor  
legis sit sublatus per Christum. Nulla  
enim est condemnatio ijs, qui sunt in Chri-  
sto Iesu. Secunda, quod persona credens  
placeat propter iusticiam Christi sibi im-  
putatam (credenti enim Christi imputa-  
tur iusticia) & sit hæres vitæ æternæ. Ter-  
tia, quod Deus non solum à persona cre-  
dente, & placente propter iusticiam Chri-  
sti requirit obedientiam, verum etiam pro-  
mittit mercedem, idq; non ex debito pro-  
pter dignitatem operis, sed ex gratia pro-  
pter benevolentiam paternam, qua promi-  
fit operibus remunerationem. Quarta,  
quod opera, sic facta ex fide à persona pla-  
cente propter Christum, sint testimonia fi-  
dei, vt effectus proprij certissima suæ cau-  
sæ sunt indicia. Atq; ideo dicitur, Deus  
suis reddere mercedem secundum opera,

E quia

4  
10

E P I S T . I.

quia vera indicia sunt timoris Dei & fidei,  
& ut testetur tota creatura de iusticia Dei  
in iudicando.

Cum sciatis, quod non c<sup>a</sup>-  
ducis argento aut auro redemti-  
sitis, ex uana uestra conuersatio-  
ne, à patribus accepta, sed preci-  
oso sanguine Christi, inconta-  
minati agni, præordinati qui-  
dem ante mundi constitutionem,  
manifestati uero in extremis  
temporibus propter uos, qui ex-  
citauit Christum à mortuis, ut fi-  
des uestra & spes sit in Deum.

Quinta ratio à iure gentium sumta.  
Serui debent obedire non ei, cuius olim  
fuerant serui, sed ei, qui iam eos precio eme-  
rat. Christiani non amplius debent esse  
serui mundi, sed Christi, qui eos suo preci-  
oso redemit sanguine. Igitur Christiani,  
renunciato mundi imperio, Christo do-  
mino obedientiam debent. Hæc argumen-  
ti summa est. Quod, quia præcipuum est,

copio-

copioſea  
ſicatur, id  
uerificationi  
rum legib  
quo Chrl  
autem hic  
chiel cap.  
trum vel  
eorum ne  
polluamini  
te. Deinde p  
maculati C  
perpetuò d  
tanei auri  
auro & a  
rant illis,  
par est,  
rent, qui  
Praterca,  
ſi, & exhib  
videtur in  
qui Christu  
runt, in eur  
runt, Igitu  
ſtus exhib  
citatum ei  
Patre, det  
des & spe

I.

noris Dei & fidei,  
ra de iusticia Dei

quod non cas  
auro redempti  
a conuersatio  
pta, sed preci  
sti, inconta  
ordinati qui  
stitutionem,  
d in extremis  
pter uos, qui ex  
n a mortuis, ut fu  
s sit in Deum.

ure gentium summa  
e non ei, cuius olim  
iam eos precio em  
implius debent ell  
i, qui eos suo prec  
Igitur Christiani,  
perio, Christo do  
ent. Hæc argumen  
uia præcipuum et,  
copio-

D. P E T R I.

copiosè ab Apostolo exponitur, & ampli  
ficatur, idq; primum per collationem con  
uersationis veteris (qua sub patrum suo  
rum legibus vixerunt) & noui status, in  
quo Christo nomina dederunt. Loquitur  
autem h̄c de ijs patribus, de quibus Eze  
chiel cap, 20. vbi inquit: In præceptis pa  
trum vestrorum ne ambuletis, & iudicia  
eorum ne custodiatis, & idolis eorum ne  
polluamini, sed in præceptis meis ambula  
te. Deinde per collationem precij agni im  
maculati Christi, quod inæstimabile est, &  
perpetuò durat, & precij caduci & momen  
tanei auri & argenti. Si ergo illi serui, qui  
auro & argento emuntur, iure obtempe  
rant illis, à quibus emti sunt, multò magis  
par est, vt Christiani Christo obtempe  
rent, qui eos proprio redemit sanguine.  
Præterea, per collationem promissi Chri  
sti, & exhibiti, in qua collatione hæc mihi  
videtur inclusa esse ratio. Sancti patres,  
qui Christum olim promissum expecta  
runt, in eum crediderunt, eiq; obtempera  
runt. Igitur vos quoq; quibus iam Chri  
stus exhibitus est, & qui scitis ipsum ex  
citatum ex mortuis, & donatum gloria à  
Patre, debetis ipsi obedientiam, modo fi  
des & spes vestra in Deum sit. Atq; ita

E 2 multæ

4  
10

E P I S T . I.

multæ particulares rationes sœpe in vno  
principali argumento latitant, quæ expli-  
catæ & illustrant & amplificant principale  
argumentum.

Postquam animas uestras  
purgastis obedientia ueritatis  
per spiritum, caritate fraterna  
absq; simulatione, ex puro corde  
alij alios diligite impensè.

Transit ad aliam parænesin. Postquam  
enim portatus est ad spem gratiæ, oblatæ  
per Euangeliū firmam, ad cincturam  
lorum mentis, ad sobrietatem animorum  
& affectuum ( Quæ omnia vno sanctifica-  
tionis nomine continentur ) Iam ad proxi-  
mos descendit, hortaturq; vt nos inuicem  
fraterna complectamur caritate, quæ vt ex  
puro corde procedere debet : Ita aberit ab  
omni hypocrisi. Similis sententia habetur  
**I. Timoth. i.** vbi ita inquit Apostolus : Fi-  
nis præceptionis est dilectio ex corde pu-  
ro, & conscientia bona, & fide non ficta.  
Verùm quia Petrus nouit in nostra corru-  
pta natura, priusquam noui facti fuerimus  
homines, nihil esse puri, nihilq; sinceri, an-  
te hanc

I.  
ones saepe in uno  
atitant, quæ expli-  
plificant principale.

nimas uestras  
entia ueritatis  
ritate fraterna  
, ex puro corde  
impense.

aræne lin. Postquam  
spem gratiæ, oblate  
rman, ad cincturam  
sobrietatem animorum  
omnia uno sanctifica-  
tentur) Iam ad proxi-  
mum, ut nos inuicem  
in caritate, quæ vici  
debet: Ita aberit ab  
illis sententia habeu-  
t quid Apostolus: Fi-  
liælectio ex corde pu-  
na, & fide non fide  
ouit in nostra conve-  
nioui facti fuerimus  
i, nihilque sinceri, an-  
te hanc

D. P E T R I.

te hanc exhortationem ad fraternalm cari-  
tatem causas enumerat, ex quibus hæc fra-  
terna dilectio manat. Postquam inquit,  
purificastis animas obedientia veritatis  
per spiritum. Hæc verba duas causas fra-  
ternæ dilectionis continent, quæ nequa-  
quam sunt in prophanis hominibus. Sunt  
autem hæc causæ, obedientia veritatis, &  
Spiritus sanctus, qui in verbo veritatis,  
quod est Euangelium, est efficax. Hæc ver-  
ba Petrus ex pectore magistri sui suxit: Ita  
enim ait Dominus Ioan. 15. Et vos mundi  
estis propter sermonem, quem loquutus  
sum vobis. Hæc ergo mundicies, tum de-  
mum contingit, quando auditio & credito  
sermone veritatis, Christo inserimur. Atque  
ideo Christus in eadem concione subiungit:  
Manete in me, & ego in vobis. Sicut  
palmes non potest ferre fructum à seipso:  
Ita nec vos, nisi in me manseritis. Fons er-  
go & origo, non solum mutuæ dilectionis,  
verum etiam omnis operis boni, est spiri-  
tus Christi, quo aguntur fideles. Quic-  
quid fit sine hoc spiritu, qui est omnis bo-  
næ actionis fundamentum & causa, hypo-  
criti & mentis impuritate inquinatum est,  
quantumuis præclarum & sanctum coram  
oculis hominum appareat.

E 3 Rena-

4  
10

E P I S T . I.

Renati non ex semine mortali, sed ex immortali, per sermonem uiuentis Dei et manentis in æternum.

Ex virtute renascentiæ mutuum caritatis affectum elicit. Oportet renatum naturam seminis referre, vnde renatus est. Nos non sumus renati ex mortali semine carnis, vnde fuit prior nostra nativitas, sed ex semine immortali, videlicet sermone uiuentis & manentis Dei in æternum. Igitur iam non naturam mortalis seminis, sed immortalis referre debemus. Proinde caritas iam pura in renatis esse debet sine hypocriſi, quæ primæ nativitatis nostræ & mortalis seminis vicium est.

Nam omnis caro ut gramen est, & omnis gloria hominis ut flos graminis. Exaruit gramen, & flos eius decidit, at uerbum Domini manet in æternum. Hoc autem est uerbum illud, quod est euangelizatum uobis.

Men-

Me  
moralis  
illustrius  
mortale  
gnificatu  
quid ind  
rat ad e  
mortare  
bum Eu  
dientia ig  
per præd  
iusticiæ, c  
num, mo  
excedere  
bo dub  
mortali  
elle, qui  
lam arg  
tinetur, u  
& pulcru  
et, ex can  
rat, & qu  
scitur, ni  
perpetu  
præferer  
caritas  
quæ hu  
flos est,

D. P E T R I.

Mentionem seminis mortalis & immortalis fecit: nunc per amplificationem illustrius discrimen vtriusque facit. Semen mortale seu corruptibile carnis nomine significatum, instar graminis est, & quicquid inde pullulat, instar floris est, qui durat ad exiguum tempus. At semen immortale, seu incorruptibile, quod est verbum Euangelij, manet in æternum. Obedientia igitur, quæ præstatur à conuersis per prædicationem Euangelij, fructus est iusticiæ, qui & placet Deo & durat in æternum, modò ne culpa nostra gratia rursus excideremus. Porrò ne gentes de illo verbo dubitant, quod definit esse semen immortale, addit Petrus illud ipsum verbum esse, quod ipsis antea sit euangelizatum. Iam argumentum, quod in his verbis continetur, uideamus. Quicquid gloriosum, & pulcrum nascitur ex semine mortali, id est, ex carne, tantum ad breue tempus durat, & quicquid ex semine immortali nascitur, nunquam marcescit, sed durat in perpetuum. Igitur, cum diuturniora bona præferenda sunt minus diuturnis, debet caritas (qua nos mutuo complectemur) quæ huius immortatis seminis quidam flos est, perpetua esse & constans.

E 4 CA-

4  
10

EPIST. I.

# CAPVT SE- CVNDVM.

## S V M M A C A P I T I S S E C V N D I.

**V**T renunciata omni iniuria proximorum, & carnalibus concupiscentijs abiectis, adoptione dignè & decenter in subiectione & patientia vivant Christiani, hortatur Apostolus.

## ORDO ET PARTES C A- P I T I S S E C V N D I.

**P**Lures sunt huius capitìs partes, quæ omnes inter se connexæ sunt, & pertinent ad eundem scopum. Primo loco infert ex fine primi capitìs dehortationem ab iniuria proximorum, & exhortationem ad innocentiam vitæ. Vnde occasionem natus, dilabitur in descriptionem Christi ex Isaia Propheta, ostendens prædictam fuisse defctionem populi Iudaici à Christo, & assumptionem gentium in gratiam. Id quod testimonio Oseæ Prophetæ confirmat. Ter-

tio lo-

tio lo  
enim c  
cupisce  
in glorii  
inuitat,  
addit,  
hortar  
perent  
Thela.

EXE  
CAP

P  
litia,  
nibus  
obtre  
dō ger  
& dol  
illud ;  
Inf  
pius ha  
riorib  
mortali  
recensi

D. PETR I.

tio loco redit ad exhortationem. Hortatur enim conuersos, ut abiectis carnalibus concupiscentijs, decenter inter gentes viuant in gloriam Dei. Quartò, ad subiectionem inuitat, quo & alia quædam pietatis officia addit. Quintò, seruos compellat, eosq; hortatur, ut suis dominis patienter obtemperent. Vnde sexto loco, ab hypothesi ad Theslin ascendens, de patientia præcipit.

EXEGESIS SECUNDI  
CAPITIS, CVM OBSERVATIONE DOCTRINARUM.

Proinde deposita omni malitia, & omni dolo, & simulationibus, & inuidentijs, et omnibus obtrectationibus, tanquam modò geniti infantes lac rationale & dolo uacuum appetite, ut per illud adolescatis.

Infert Apostolus ex fine proximi capitilis hanc parænesin, quæ hoc modo superioribus accommodabitur. Vos ex immortalí semine, videlicet verbo Dei, iam recens natí estis. Ergo lac appetite conuenienti lo-

E s ens

E P I S T . I.

ens isti nouę geniturę, hoc est, talem vitam  
vivite, qualem requirit hęc noua nativitas. Atq; ita lactis nomine significatur con-  
sentanea simplici infantiae vivendi ratio.  
Hūc esse sensum Apostoli manifeste ex an-  
tithesi apparet. Nam lac, et si alias pro ipso  
verbo Dei sumitur, hoc tamen loco vicijs  
quæ enumerat, ut infantia vetustati natu-  
ræ, opponitur. Cum autem hoc lac rationa-  
nale & vacuum dolo vocat, requirit in vi-  
ta Christiana prudentiam & simplicitatem, iuxta pręceptum Domini: Estote pru-  
dentes sicut serpentes, & simplices sicut co-  
lumbæ. Vult quidem nos simplices & pu-  
ros esse, sed non malicia, & non sensibus, &  
vult nos lacte nutriti, sed recta intelligen-  
tia condito, ut sit temperata simplicitate  
prudentia. Cum vitia, quibus lac rationa-  
le & expers dolii opponitur, enumerat, non  
quidem omnia recenset, sed quedam tan-  
tum exempli gratia, quorum posteriora à  
prioribus nascuntur, ut sunt, malitia, (hoc  
est, nocendi cupiditas, quæ dilectionis fon-  
ti aduersatur) dolus, qui à malicia oritur,  
est, cum aliqui fallacia tendit. Simulatio  
à malo dolo orta est, cum aliud foris appar-  
ret, quam in animo latet. Inuidia simu-  
lationis comes est, cum quis alieno com-  
modo

mod  
proles  
gutini  
diltingi  
tur alie  
& addi  
plicat  
mam,  
quid ap  
quando  
deliceti  
non mer  
mulo, i  
ponder  
niunt, i  
mines  
celle ei

Sig  
nignus

Cun  
tate dor  
præfan  
confide  
nos. A  
strum  
& ita I

I.  
est, talem vitam  
iæc noua natu-  
significatur con-  
e viuendi ratio,  
i manifestè exan-  
et si alias pro ipso  
tamen loco vicis  
ia vetustati natu-  
rem hoc lacratio-  
at, requirit in vi-  
n & simplicita-  
mini: Estote pru-  
simplices sicut co-  
nos simplices & pu-  
a, & non sensibus, &  
sed recta intelligen-  
imperata simplicitan  
, quibus lac rationa-  
itur, enumerat, non  
c, sed quædam tan-  
uorum posteriora  
sunt, malitia, (hot-  
uæ dilectionis for-  
ui à malicia oritur,  
nditur, Simulatio  
i aliud foris appa-  
r. Inuidia simu-  
quis alieno com-  
modo

D. PETRI.

modo cruciatur. Obtrectatio inuidentiae proles est, quæ alienæ famæ insidiatur. Augustinus inter maliciam & inuidiam ita distinguit. Malicia, inquit, malo delectatur alieno. Inuidia bono cruciatur alieno, & addit, dolus duplikat cor: adulatio duplikat linguam: detractio vulnerat famam. Porro hic locus Petri clarè docet, quid apportemus nobiscum ad Christum, quando per Euangelium renascimur, videlicet tunicam maculatam, & onus graue non meritorum congrui & condigni cumulo, sed peccatorum nos prementium pondere. Hoc onus, qui ad Christum veniunt, deponere debent, quia cum noui homines facti sunt, nouos mores induant necesse est.

Siquidem gustastis, quam benignus sit Dominus.

Cum seruorum alacritas saepe benignitate dominorum excitari soleat, rationem praestandæ obedientiae petit Apostolus ex consideratione benignitatis Domini erga nos. Ac si dicat: Cum vos, qui ob vestrum peccatum aliquando maledictioni & iræ Dei subiecti eratis, iam tandem ex gratia

4  
10

E P I S T . I.

gratia Dei reconciliati estis, precioso sanguine Iesu Christi Domini vestri, utique pars est, ut tam benigno Domino obsequentes sitis. Quid enim turpius est, quam bene meritis gratiam non rependere? Gustandi verbo usus est Petrus propter metaphoram lactis, & simul alludit ad Psalm: 34. in quo Dauid instituit exhortationem ad gustandam bonitatem Dei hisce verbis: Gustate & videte quam bonus sit Iehoua. Beatus vir, qui sperat in eo: nisi quod Petrus secutus septuaginta interpretes pro thob Ebraico, χριστός posuit. Est autem χριστός, qui se alijs vtendum prebet, seu qui alijs est commodus, & suam bonitatem alijs communicat. Hoc modo & Paulus hac voce ad Titum scribens usus est, ubi inquit: Quando χριστός & Θεονθρωπία Dei apparuit. Hanc χριστητα interpretatur, quod Deus ex mera gratia nos per lauacrum regenerationis saluos fecerit.

Ad quem accedentes, lapides uiuum (ab hominibus quidem reprobatum, apud Deum uero electum & preciosum) & ipsi ueluti uiui lapides ædificemini

min  
tium  
spirit  
per le

A  
tis ad fi  
dunt lap  
& lapid  
spiritual  
guntur,  
stias, F  
proxim  
proph  
gumen  
teris ty  
templi si  
Ecclesiæ  
enim in i  
exstructu  
fuerunt  
Christi,  
Singuli  
offerent  
omnia  
tate sep

L  
s, precioso san-  
vestri, utique par-  
ino obsequentes  
est, quam bene  
ndere; Gustandi  
ropier metapho-  
r ad Psalm; 34, in  
rtationem ad gu-  
isce verbis: Gu-  
us sit Iehoua, Be-  
nisi quod Petrus  
pretes pro thob  
est autem  $\chi\kappa\sigma\zeta$ ,  
bet, seu qui alii est  
onitatem aliis com-  
& Paulus hac voce  
is est, vbi inquit:  
 $\tau\alpha\pi\mu\pi\alpha$  Dei ap-  
ta interpretatur,  
atia nos per lau-  
os fecerit.

dentes, lapi-  
minibus que  
apud Deum  
reciosum) &  
ides ædifice  
mini

D. PETRI.

mini domus spiritualis, sacerdo-  
tium sanctum, ad offerendum  
spirituales hostias, acceptas Deo  
per Iesum Christum.

Alia est propositionis ratio, à destina-  
tis ad finem sumta. Qui ad Christum acce-  
dunt lapidem viuum, simul virtute ipsius,  
& lapides viui efficiuntur, vnde domus  
spiritualis construitur, & in sacerdotes vn-  
guntur, ad offerendum Deo spirituales ho-  
stias. Proinde par est, vt deposita omni  
proximi iniuria, omniq; impuritate &  
prophanitate, piè sancteç; viuant. Hæc ar-  
gumenti summa est, cuius antecedens ve-  
teris typi expositio est. Nam ad veteris  
templi structuram respicit, quod templum  
Ecclesiæ Christi typus quidam fuit. Ut  
enim in illo fuit fundamentum, fuit super-  
extructum ex multis lapidibus ædificium,  
fuerunt sacerdotes & hostiæ: Ita in Ecclesia  
Christi, Christus ipse fundamentum est,  
singuli fideles viui lapides, & sacerdotes  
offerentes spirituales hostias. Sed ut illic  
omnia mortua & carnalia (si signa à veri-  
tate separas) Ita hic viua & spiritualia o-  
mnia

4  
10

E P I S T . I.

mnia virtute eius, qui sua potentia diuina  
resurrexit à mortuis.

Vt autem hoc argumentum plenius  
intelligatur, illud in suas partes, quæ parti-  
culares quasdam rationes continent, rete-  
xam. Primo igitur loco affirmat Aposto-  
los, quod omnes accedentes ad Christum  
(accedunt autem qui credunt) cum eo v-  
nam domum spiritualem constituant, seu  
vnum templum efficiant, id est, vnam san-  
ctam & Catholicam Ecclesiam, adeo ut  
sancti patres omnes, qui ante Christi  
aduentum vixerunt, & nos qui hodie cre-  
dimus, vnum simus templum Dei. Ve-  
rūm hoc interim est obseruandum, quod  
non solum omnes pñ, qui fuerunt, & sunt,  
et qui olim accessuri sunt, unum templum,  
vnamq; spiritualem domum constituant,  
verum etiam particulares cœtus piorum,  
atq; adeo singuli credentes templa Dei re-  
cte dicantur, Sed ad illud vniuersale tem-  
plum et Catholicum pertinentes, tanquam  
eius membra quædam seu viui lapides.  
Hoc confirmatur 1. Corinth; 6. An nescitis,  
quod corpus vestrum templum sit Spiri-  
tus sancti, qui in vobis est, quem habetis à  
Deo? 1. Corint; 3. Templum Dei sanctum,  
quod estis vos. Quisquis tēplū Dei viola-  
uerit,

D. P E T R I.

uerit, disperdet illum Deus. Hinc ergo huiusmodi sumatur exhortatio. Nos credentes vnà cum Christo vnum templum Dei sumus. Igitur non solum puros & sanctos nos esse decet (Quid enim indignius quam sanctissimum Dei templum vlla impuritate prophanare?) verum etiam vnius Dei cultores nos esse oportet, abiectis veteribus idolis, quae coluimus ante conuersiōnem ad Christum. Huc pertinet illud Pauli secundæ Corinth: 6. Quæ est consensio templi Dei cum idolis? Huc dictum Barnabæ comitis Pauli, quod citatur à Clemente Stromathéon secundo, pagina 161. in Florentinis exemplaribus. Antequam, inquit, crederemus Deo, domicilium corruptibile & fragile cordis nostri erat templum uerè manu factum, quia erat plenum idolatria, & erat Dæmonum, propterea quòd faceremus quæ erant Deo contraria. Sed attendite, ut templum Domini gloriose ædificetur. Quomodo? Accipiendo remissionem peccatorum, & sperando in nomen Christi, siamus noui & denuo creati, eò quod in domicilio nostro verè Deus habitat. Quomodo? Quando habitat in nobis sermo Filij ipsius, uocatio promissionis ipsius, sapientia iustificationum, & mandata doctrinæ.

Dein-

4  
10

E P I S T . I.

Deinde, cum Christum pronunciat viuum lapidem, cui adiuncti per fidem etiam viui efficimur lapides, eius nimirum virtute, indicat, quod hæc vita Christi nunc in nobis efficax esse debeat ad piè sancteç viuendum. Quod autem in parenthesi inclusi, occupatio est. Occurrit enim Apostolus scandalô crucis & defectionis Iudæorum à Christo, huic scandalô mederi conatur, concedens quidem Christum reprobatum esse ab hominibus, sed interim eundem electum, hoc est, eximium & preciosum apud Deum. Hic Christus dicitur lapis electus, non respectu reproborum, sed comprobatione reliquorum lapidum eiusdem ædificij, quibus multis modis excellentior est. Verùm cum Christus dicit apud Matthæum: Multi sunt vocati, pauci vero electi. Electi dicuntur comparatione ad illos, qui verbum quidem audiunt, sed non vitam dignam Euangelio viuunt. Carent enim viua fiducia in Deum, indulgent suis cupiditatibus, & viuunt sine pœnitentia. Præterea cum non solum domum spirituale Christianos appellat Apostolus, verum etiam sanctum sacerdotium, hoc est, sacerdotes sanctos, ut qui sanctitate induiti, hostias Deo offerre debe-

debeat  
viuenda  
cerdices  
num pur  
ni, multo  
sanctific  
tamina  
pijs, qd  
Ad offe  
Dicitur a  
bedientia  
præstant,  
de Paulu  
Euangel  
Non er  
vis qua  
tis, a ca  
obedien  
citur, lig  
de ad Ebi  
dicitur he  
rum neq  
dientiam  
dis corr  
adeo De  
isti obie  
stianoru  
nis aut c

I.

um pronuncia  
uncti per fidem  
es, eius nimirum  
hæc vita Christi  
debeat ad p[ro]fan  
l autem in paren  
st. Occurrit enim  
is & defectionis  
c scandalō mede  
uidem Christum  
inibus, sed int  
cest, eximium &  
Hic Christus di  
respectu reprobo  
ne reliquorum lapi  
quibus multis mo  
erūm cum Christus  
Multā sunt vocati  
dicuntur compa  
bum quidem au  
gnam Euangeli  
ua fiducia in De  
iditatibus, & vi  
ræterea cum non  
alem Christianos  
im etiam sanctum  
rdores sanctos, vi  
ostias Deo offere  
debe

D. PETRI.

debeant, addit illis aciores, ad piè sancte p[ro]p  
viuendum stimulos. Nam Aaronici sa  
cerdotes ab immundicia se merito serua  
runt puros in templo perituro ministratu  
ri, multò magis par est, ut Christiani, qui  
sanctificati sunt sanguine Christi, se incon  
taminatos custodiant. Addit & stimulum  
pijs, quod subiungit Apostolus de hostijs:  
Ad offerendum, inquit, spirituales hostias.  
Dicitur autem spiritualis hostia omnis o  
bedientia, quam Christiani ex spiritu fidei  
præstant, siue sit interna siue externa. Vn  
de Paulus suum laborem in prædicando  
Euangelio cultum spiritualem appellat.  
Non ergo spiritualis hostia dicitur ab ope  
ris qualitate, sed ex qualitate animi operan  
tis, à causa efficiente, & finali. Cum autem  
obedientia nostra, quæ ex fide fit, hostia di  
citur, significatur quod grata sit Deo. Vn  
de ad Ebreos beneficentia erga proximum  
dicitur hostia, qua delectatur Deus. Ve  
rūm ne quis obijceret, istam nostram obe  
dientiam vt imperfectam: ita multis mo  
dis contaminatam esse, ideoq[ue] non esse  
adeo Deo acceptam, Apostolus occurrit  
isti obiectio, pronuncians hostias Chri  
stianorum acceptas esse, non suæ perfectio  
nis aut dignitatis respectu, sed per & pro  
F p[ro]pter

4  
10

E P I S T . I.

propter Iesum Christum, cuius cùm iustitia  
ornati prodimus in templum Dei sanctum,  
non apparemus ut peccatores, sed  
placemus, ut dilecti filij in dilecto.

Propterea etiam continet scrip-  
tura: Ecce pono in Sion lapi-  
dem angularem, electum, pre-  
ciosum, & qui crediderit in illo,  
non pudefiet.

Quia Christum lapidem preciosum  
appellavit Apostolus, id sibi probandum  
duxit scripturæ testimonio, petito ex 28.  
capite Isaiae, in quo testimonio non tam  
verba Prophetæ, quām sensum spectat.  
Nam nec septuaginta interpretes imitatur,  
nec Ebraicas voces ad verbum reddit, sed  
solo sensu in genere contentus est, & pro-  
bat Christum lapidem electum & precio-  
sum esse, adeo ut qui in ipsum crediderit,  
non pudefiat, id est, non suffundatur pudore  
frustratus sua spe. Hæc summa sen-  
tentia est. Verum quia Isaiae verba conti-  
nent pulcerrimam Christi & Ecclesiæ de-  
scriptionem, ea ascribam & breuiter de-  
clarabo.

Ecce,

I.  
cuius cum iusti-  
tum Dei san-  
cti peccatores, sed  
n dilecta.

continet scri-  
in Sion lapi-  
electum, pre-  
iderit in illo,

ipidem preciosum  
id subi probandum  
nonio, petro ex 28  
testimonia non tam  
iam sensum spectat,  
interpretes imitatu-  
verbum reddit, sel-  
contentus est, & pro-  
electum & precio  
in ipsum credideri,  
non suffundatur pe-  
Hæc summa se-  
a Ilaiae verba con-  
isti & Ecclesiae de-  
m & breuiter de-

Ecce,

D. P E T R I.

Ecce, inquit, ego ponam in Si-  
on lapidem, lapidem probatio-  
nis, angulum preciosum, funda-  
mentum fundatum, qui credit  
non festinabit. Hic primum Chri-  
stus dicitur lapis probationis, cum, quia  
ad illum totum ædificium probandum est,  
tum etiam quia præ alijs probatus est, seu  
vt Petrus loquitur, electus. Deinde dici-  
tur angulus, quia totam ædificij molem  
sustinet. Ad hæc fundamentum solidum  
appellatur, quo solo ædificij pondus nitit-  
tur. Sic ergo lapis est, vt totum angulum  
occupet. Sic est angulus, vt tota domus  
per illum contineatur. Sic est fundamen-  
tum, vt tota domus sit in eo fundata. Tota  
igitur Ecclesia & singula eius membra solo  
Christo nituntur & fulciuntur. Porro  
quod addit, QVI CREDIT NON  
FESTINABIT, modum ostendit, quo  
hic lapis hominibus fit salutaris. Fides  
enim est instrumentum, quo homines, vt  
viui lapides, accommodantur fundamen-  
to Christo. Quod autem subiungit, NON  
FESTINABIT, significat, quod creden-  
tes non debeat ad alia remedia confuge-

F 2 re,

4  
10

E P I S T . I.

re, quām ad solum Christum. Nam qui alia salutis remedia quærít, gratia Christi excidit, et extra fundamentum est. Solus. n. Christus credentibus plena salus est. Hinc apparet Petrū apostolum fideliter sensum Prophetæ reddidisse, tametsi verba non expressit. Septuaginta interpretes sic habent, ἵδου ἐγὼ ἔμβαλὼ ἐις τὰ θεμέλια σιωρ, λιθὸν πλυπλῆ, ἐκλεκτὸν, ἀκρογωνιαῖον, ἐντιμον, ἐις τὰ θεμέλια αὐτῶν, καὶ ὁ πισεύων ἐπαυτῷ οὐ μὴ καταληφθῇ, hoc est, Ecce ego mittam in fundamenta Sion lapidem preciosum, electum, summum angularem, honoratum, in fundamenta eorum, Et qui credit in illum, nequaquam pudefiet. Ex hoc Isaiae testimonio discamus in solo Christo salutem nostram fundatam esse, cuius salutis fiunt participes omnes, qui Christo fide coniunguntur, in hoc mirando Ecclesiæ ædificio.

Vobis igitur honor est, qui creditis, incredulis uero lapis, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli, & lapis offendiculi, & petra scandali his, qui impingunt in sermo-

D. P E T R I.

sermonem, nec credunt, ad quod  
etiam positi fuerant.

Discernit Apostolus inter duo genera hominum, quorum vni salutaris est Christus, Alteri ( quod tamen Christo accidentale est ) exitialis. Ut enim credentibus est honor, id est, preciosus ( ponitur enim hic abstractum pro concreto: ) Ita incredulis est exitialis, non quidem sua natura, sed hominem culpa. Hec summa sententia est Apostoli. Nunc verba apostoli proprius aspiciamus. Cur Christus lapis dicatur, supra dictum est, cuius pro conditione hominum, variat efficacia. Ut n. credentib. & amplectentib. euangelium, est lapis preciosus, & salutaris: Ita reprobantib. ipsu, & serpentib. euangeliu, est lapis offendiculi, & petra scandali. Nam in ipsum impingunt & offendunt omnes, qui rationis & carnis iudicium sectantes Christum repudiant, qui ipsis salutem gratuitam ex mera sua bonitate obtulit. Fit ergo non natura sua, sed hominum vicio lapis offendiculi, & petra scandali. Hoc ita esse, declarant sequentia verba. Hic, inquit, qui impingunt in sermonem, id est, qui verbo praedicato fidem non adhibent, nec credunt, ad quod etiam positi fuerant, hoc

F 3 est,

4  
10

E P I S T . I.

est, Etsi illis (loquitur enim hic de incredulis Iudaeis) destinata erat salutis promissio, tamen non crediderunt. Hanc interpretationem verborum Petri & peristasis loci, & verba requirunt. Quidam nouus interpres ita reddidit: Immorigeri, ad quod etiam conditi erant, & interpretatur quod ideo conditi fuerint, ut essent immorigeri, hoc est, quod creati fuerint ab optimo Deo ad certam damnationem. Verum præter id, quod ἐτέθεσαν vertit conditi sunt, contra vocis græcanicæ naturam, vim facit huic loco. Nam suprà dixit Apostolus, hunc lapidem Christum fuisse ab ædificantibus reprobatum, quod nequam verum fuisset, nisi hic lapis his obiatus antea. Deinde verbum Dei & promissionem factam populo Iudaico male peruerit. Nam verbum Dei, & promissio testatur Iudaicum populum cum conditione fuisse electum. Ita enim Moses Exod. 19. ait: Si audiendo audiueritis vocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis, quia mea est vniuersa terra. Quis non videt conditionem hic adiectam esse? Proinde audientes vocem Dei, & credentes Euangelio, quod proponitur vniuerso orbi,

iuxta

Ite in  
Euang  
sunt D  
dierint,  
bi sunt  
hac ser  
decimi  
manos,  
pus isto  
possent,  
Epistolæ  
io, eisd  
in ipsum  
stinctio  
minus  
cant ip  
cauere

V  
regale  
populi  
tutes a  
nebris  
lem i  
A  
enim in

D. P E T R I.

**I**uxta hoc vniuersale Christi mandatum: Ite in mundum vniuersum, & prædicate Euangelium O M N I C R E A T V R Æ, sunt Dei peculium. Qui vero non audierint, nec crediderint Euangelio, reprobi sunt, & sua culpa damnati. Qui cum hac sententia putant pugnare nouum, decimum & vndecimum capita ad Romanos, prorsus non attendunt, quis sit scopus istorum capitum, quem tamen scire possent, cum ex fine tertij capituli eiusdem Epistolæ, tum ex propositione collecta in 10, eiusdem, videlicet: Omnis qui credit in ipsum, non pudebit. Non enim distinctio Iudæi & Græci. Idem enim Dominus omnium, diues in omnes, qui inuocant ipsum. Omnis enim quisquis inuocauerit nomen Domini, saluus erit.

**V**os autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus in acquisitionem, ut uirtutes annuncietis illius, qui ex tenebris uos uocauit, in admirabilem suam lucem.

Antithesis est proximæ sententiæ. Ut enim incredulos impingere dixit in sermo-

F 4 nem:

4

10

E P I S T . I.

nem : Ita h̄ic eorum, qui credunt, honorem  
definit & excellentiam monstrat. Quia au-  
tem alludit Petrus ad verba, quæ mox se-  
quuntur, ea quæ heri de conditione ad-  
duxī ex 19. capite Exod. Nemini dubium  
esse potest quin hoc dictum Petri,  
**Vos estis ei genus electum &c.**  
ex conditione fidei pendeat. Ideo n. dicun-  
tur genus electum, quia credūt. Ut autem  
hoc clarius euadat, ascribam Mosis verba:  
**Si audiendo audiueritis uocem**  
**meam, & custodieritis pactum**  
**meum, eritis mihi peculium de**  
**cunctis populis, quia mea est**  
**uniuersa terra** (Sequitur interpreta-  
tio peculij) **Et uos eritis mihi re-**  
**gnūm sacerdotale, gens sancta.**  
Quis non viderit cōditionem fidei huc per-  
tinere: quæ fides omnis obedientiæ veræ  
initium est. Nunc verba Apostoli diligenter  
perpendamus. Primum dicit, fideles  
esse genus electum, id est, eximium præ o-  
mnibus alijs hominum generibus. Quod  
enim Mosis peculium, seu thesaurum præ  
alijs facultatibus carum appellauit, hoc

Petrus

Petr  
noni  
thesau  
Ebraic  
cioli se  
λαος τ  
Paulu  
cat cr  
lum pi  
haberu  
alij dile  
electus  
ēus, τή  
eandem  
citur l  
eximi  
tes ele  
bus in  
precio  
quidam  
dentes c  
alij, que  
filij Di  
Hacte  
sancte  
tam si  
dentes  
um, h

D. P E T R I.

Petrus genus electum nominat. Ut sint synonima, genus electum & peculium, seu thesaurus præ alijs facultatibus charus. Ebraicè ad verbum populus thesauri preciosi seu peculij, Septuaginta reddiderunt λαὸς πρᾶσις, id est, populus peculiaris. Paulus ad Titum imitatus septuaginta, vocat credentes λαὸς πρᾶσις, id est, populum peculiarem, qui loco thesauri preciosi habetur. Est enim πρᾶσις thesaurus præ alijs dilectus. Hinc apparet, quo respectu electus dicatur in sacris literis. Nam electus, πρᾶσις, & peculium seu thesaurus eandem rem notat. Ut enim Christus dicitur lapis electus, quia præ alijs lapidibus eximius est in ædificio Ecclesiæ: Ita credentes electi, quia præ alijs omnibus hominibus in mundo eximij sunt, & in magno precio coram Deo, tanquam singularis quidam thesauri. Nec mirum est credentes dici Electos, cum sint filii Dei, & alijs, quorum respectu dicuntur electi, sunt filii Diaboli, id est, reprobi & damnati. Hæc eximia laus meritò Christianis ad pie sancteque transigendam in hoc mundo vietam stimulum addere deberet. Deinde credentes à Petro dicuntur Regale sacerdotium, hoc est, Reges, qui etiam in templo

F s Dei

unt, honorem  
trat. Quia au-  
a, quæ mox se-  
conditione ad-  
emini dubium  
dictum Peri,  
lectum &c.  
Ideo n. dicun-  
dūt. Ut autem  
n Mosis verba  
itis uocem  
itis pactum  
peculium de  
quia mea est  
quitur interpre-  
ritis mihi ro  
gens sancta  
em fidei huc pa  
obedientiae ven  
Apostoli dilig  
num dicit, fidel  
eximium præ o  
eneribus. Quod  
thesaurum pra  
appellauit, ho  
Perus

4

10

E P I S T . I.

Dei sacerdotio funguntur. Quanta autem  
sit hæc dignitas, diligenter considerandum  
est. Nam hæc dignitas merito nos, qui  
Christiani dici & esse volumus, excitare  
deberet, ut induiti puris vestibus, id est,  
vera sanctitate & innocentia, seruiremus  
Deo in suo sancto templo, omnib. diebus  
vitæ nostræ. Possunt autem hæc verba de  
Regali sacerdotio dupliciter exponi, vide-  
licet simpliciter, & respectu hominum in-  
credulorum. Simpliciter, quidem hoc mo-  
do: Credentes sunt Reges & Sacerdotes,  
seu ut Moses loquitur, Regnum sacerdoti-  
um, id est, Regnum, quod ex sacerdotibus,  
rebus sacris, & diuinis Deo dicatis constat.  
Et prudenter obseruandum est, quomodo  
vtruncꝝ vocabulum alterum restringat.  
Christiani quidem sunt Reges, sed sacri  
non prophani. Sunt enim in Christo vi-  
ctores mundi & satanæ. Sunt sacerdotes,  
sed Regi, non vulgares, aut Typici, quales  
fuerunt Aaronici sacerdotes. Hæc emi-  
nentia, hic honor, hæc ineffabilis gloria  
moneat Christianos, ut opera edant Regi-  
bus sanctis & sacerdotibus Regijs digna.  
Deinde, Christiani dicuntur Regi sacer-  
dotes hominum incredulorum respectu.  
Quemadmodum enim apud omnes po-  
pulos,

pulos  
res pr  
mni bu  
dicati  
rent Cl  
homin  
tos occ  
tes, fac  
plo, L  
sancta, i  
coribus  
lata, vt i  
cunntur  
et, vt P  
propter  
ret ad  
Huc ac  
gnitatis  
tutes ei  
bilem lu  
ligeigne  
ctionem  
nediatur  
Hanc l  
nunca  
eft. H  
Apofi  
tation

Quanta autem  
considerandum  
meritò nos, qui  
lumus, excitat  
vestibus, id est,  
ntia, seruiremus  
, omnib, diebus  
em hæc verba de  
ter exponi, vide  
tu hominum in  
quidem hoc mo  
es & Sacerdotes,  
ignum sacerdoti  
lex sacerdotibus,  
Deo dicatis constat,  
dum est, quomodo  
alterum restringat  
Reges, sed faci  
nūm in Christo vi  
z. Sunt sacerdo  
aut Typici, quala  
dotes. Hæc em  
ineffabilis glori  
opera edant Regi  
bus Regijs digna  
untur Regijs fac  
ulorum respectu  
apud omnes po  
pulos,

D. P E T R I.

pulos, reges & sacerdotes sunt honoratio  
res præ alijs: Sic etiam fideles sunt præ o  
mnibus populis honoratores, vt qui Deo  
dicati sint. Cum ergo ita sit, meritò debe  
rent Christiani abstinere à prophanorum  
hominum operibus, & in ijs operibus to  
tos occupari, quæ decent Regales sacerdo  
tes, sacra administrantes in sancto Dei tem  
plo. Dicuntur præterea Christiani gens  
sancta, id est, segregata ab alijs prophanis  
cœtibus, & dicata Deo, eijs in hostiam ob  
lata, vt ipsum in vera sanctitate colat. Di  
cuntur & populus in acquisitionem, hoc  
est, vt Paulus loquitur, pecularis. Qua  
propter hæc dignitas meritò nos moue  
ret ad studium obedientiæ erga Deum.  
Huc addit Petrus finem huius eximiæ di  
gnitatis, nimirum, vt pñ annuncient vir  
tutes eius, qui se à tenebris in admira  
bilem lucem vocauit. Per tenebras intel  
lige ignorantiam, & eius poenam maledi  
ctionem. Per lumen noticiam Dei, & be  
nictionem, ex qua consolatio nascitur.  
Hanc lucem propterea admirandam pro  
nunciat, quia extra rationis captum posita  
est. Hac periphrasi Christi ideo usus est  
Apostolus, vt excitemur magis eius cogi  
tatione, ad ambulandum dignè tanta lu  
ce. Huc

4  
10

E P I S T . I.

ce. Huc pertinet & illud Pauli: Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Dominō, tanquam filij lucis ambulate.

Qui quondam eratis non populus, nūc estis populus Dei, qui quondam non consecuti misericordiam, nunc estis misericordiam consecuti.

Gentes ad fidem conuersas populum peculiarem Dei dixit. Nunc, ut maius pondus huic asseuerationi accedat, eam Prophetico confirmat testimonio. Cum enim Hoseas Propheta abiectionem populi Iudaici, propter suam contumaciam, proposito mulieris fornicariæ & liborum fornicationum paradigmate, prædictisset, addit vaticinum de vocatione gentium, quo & Paulus Rom. 9. vsus est.

Dilecti, obsecro uos, tanquā aduenas & peregrinos, ut abstineatis à carnalibus cupiditatibus, quæ militant aduersus animam, conuersationem uestram inter

interg  
ut in q  
tanqua  
peribus  
cent D  
Pofa  
ta fit Ecle  
quo fit loc  
rufus agge  
fumillimis  
autem res  
propolitio  
dine ratio  
Propoliti  
carnalibus  
te inter g  
membrum,  
defiderijs,  
bus, Quar  
Christianor  
lium cupid  
stiani sunt  
vt qui co  
lud Pauli  
in celo ei  
ni munda

I.  
Pauli: Eratis enim  
autem lux in Do-  
ambulate,  
  
n eratis non  
populus Dei,  
consecuti mi-  
estis miseri-  
i,  
  
nuersas populum  
Nunc, ut maius-  
ioni accedat, eam  
et testimonio. Cur  
eta abiectionem po-  
suam contumaciam  
ornicariæ & liben-  
paradigmate, predi-  
ni de vocatione ga-  
om, 9. viii. est.  
  
tro uos, tanqu-  
rinos, ut absolu-  
tus cupiditati  
aduersus anti-  
onem uestram  
inter

D. P E T R I.

inter gentes habentes honestam,  
ut in quo loquuntur aduersus uos  
tanquam maleficos, ex bonis o-  
peribus spectantes uos glorifi-  
cent Deum in die uisitationis.

Postquam ostendit Apostolus, quan-  
ta sit Ecclesiæ gloria, quanta dignitas, & in  
quo sit loco apud Deum, exhortationem  
rursus aggreditur, quam suo more vestit  
firmissimis quibusdam rationibus. Quod  
autem res fiat dilucidior, exhortationis  
propositionem nudam proponam, & or-  
dine rationes quibus vestitur, subiungam.  
Propositio bimembbris est: Abstinete à  
carnalibus desiderijs: Et honestam habe-  
te inter gentes conuersationem. Prius  
membrum, quod est, Abstinete à carnalib.  
desiderijs, confirmatur duabus rationi-  
bus. Quarum Prior sumitur à conditione  
Christianorum, Posterior ab effectu carna-  
lium cupiditatum. Conditio hæc est, Chri-  
stiani sunt aduenæ & peregrini in mundo,  
vt qui cœlum habeant patriam, iuxta il-  
Iud Pauli ad Philip. 3. πολιτευμα nostrum  
in cœlo est. Quare non decet, vt Christia-  
ni mundanis fôrdibus se inuoluant, & car-  
ni se

4  
10

E P I S T . I.

ni se subiçiant, præsertim cum nemo debeat alienæ Republicæ negotijs se immiscere, idq; maximè, si pugnant cum suæ Republicæ institutis. Effectus est, quòd carnales cupiditates militent aduersus animam, hoc est, aduersus spiritum. Nam animam h̄c vocat Petrus, quatenus Spiritu Dei reformata est ad imaginem Dei.

Posterius membrum propositionis, quod est: Honestam habete inter gentes conuersationem, similiter duabus vescitur rationibus. Quarum Prior sumitur ab utili, Vt, inquit, vestris bonis operibus obturetis ora eorum, qui vos pro maleficiis habent. Posterior etiam ab utili sumta est. Vt illi, inquit, vestris bonis operibus moti, aliquando resipiscant, & vnā vobis-  
cum Deum glorificant, idq; in die visita-  
tionis eorum, hoc est, cum per Euangelij  
prædicationem ad fidem conuertuntur.  
Hæc ergo nos, qui Christiano nomine gau-  
demus, moneant, vt ita purgatis animis  
inter homines viuamus, ne malè propter  
nos audiat Euangelium Christi. Qui enim  
malè & flagitiosè viuunt, tripli peccato  
inuoluuntur. Primum, legem Dei contu-  
maciter violant. Deinde, exemplo no-  
cent.

cent. T  
famiae i  
regnum  
Sui  
humani  
minut  
perem  
quam h  
tur, in u  
ficiorū  
agentiū  
De  
descend  
nestam  
hacontia  
Estote sub  
qui hoc n  
bedit. Ve  
plici ratio  
Propter E  
suo praec  
tum offi  
vt hono  
quia Re  
superior

I.

m cum nemo de  
e negocis se impugnant cum sur  
Effectus est, qui  
itent aduersus an  
piratum, Nam  
, quatenus Spiritu  
aginem Dei.

m propositioni  
iabete inter gentes  
ter duabus vestitu  
m Prior sumitur al  
eltris bonis operibus  
n, qui vos pro maledic  
ior etiam ab vulni sun  
, vestris bonis operibus  
ipiscant, & vna vobis  
nt, idcū in die vobis  
st, cum per Euang  
fidem conuertuntur  
christiano nomine  
t ita purgatis an  
nus, ne male prop  
um Christi. Qui en  
tunt, triplici pecc  
m, legem Dei con  
einde, exemplo s  
ca

D. PETRI.

cent. Tertio, doctrinæ Euangeli⁹ notam infamiae injurunt, vt interim taceam, quod regnum Satanæ dilatent & augeant.

**Subiecti igitur estote omni  
humanæ creaturæ, propter Do  
minum, siue Regi tanquam su  
pereminenti, siue præsidibus tan  
quam his, qui per ipsum mittun  
tur, in vindictam quidem male  
fiorum, in laudem uero recte  
agentium.**

De generali exhortatione in speciale descendit. Generalis fuit hæc. Habere honestam conuersationem inter gentes. In hac continetur, vt hypothesis in sua thesi: Estote subiecti superioribus vestris. Nam, qui hoc non facit, honestatem publicam lædit. Vestit autem hanc hypothesis in tripli ratione. Prima notatur hoc dicto, Propter Dominum, videlicet, qui vt hoc suo præcepto efflagitat; Ita sibi quoq; gratum officium esse lege ostendit, qua iubet vt honoremus superiores. Secunda est, quia Reges & præsides sunt constituti in superiori loco, vt in inferiores imperium habe-

4  
10

E P I S T . I.

habeant. Tertia à fine magistratus ciuilis,  
qui hic duplex statuitur. Vnus quidem,  
quod sint vindicens scelerum. Alter ve-  
rò, quod sint honestatis & virtutis defen-  
sores, vt qui præmium virtuti tribuant,  
dum bonos armis & legibus defendunt.

Quia alias sèpè de magistratu dictum  
est, hic solùmodo vnam sententiam Xeno-  
phantis de affectu Magistratus erga subdi-  
tos ascribam. Xenophontis verba hæc  
sunt in Hierone. Νόμιζε τῶν μὲν πατρίδα,  
δίκορ: τοὺς δὲ πολίτας, ἔταιράς: τοὺς περι-  
λαζε, πεντα σεαυτὸν: τοὺς δὲ παιδας, ὅτι πρὸ<sup>ρ</sup>  
τῶν σλῶν ψυχῶν. οὐχὶ τότες παντὰς πειρῶ  
νικᾶς εὐπριῶν. Hoc est, Patriam quidem  
existima domum, ciues socios, amicos fi-  
lios tuos, filios vero tanquam propriam  
animam, atq; hos omnes beneficentia su-  
perare contendere. Eurip: μέγας οὐλός οὐχὶ<sup>οὐλός</sup>  
ευργέτης Εροτοῖς.

Sic enim est uoluntas Dei, ut  
benefaciendo obstruatis homi-  
num stultorum ignorantiam.

Propositionis ratio est à voluntate  
Dei sumta. Vult enim Deus, ut benefaci-  
endo vincamus improborum ignorantia-  
m,

am, qu  
test. Hu  
in hono  
rum, qu  
dicio Spi  
cundum  
ignoran  
tia & ve  
fina,

Vt  
men ha  
tem, sed

Ali  
videlice  
beratatem  
fit Antich  
seruus est p  
lius liberta  
cati, deber  
ut Paulus  
ticipar hic  
qui abul  
libertatis  
stulticia  
lus noſte  
illorum l

I.  
magistratus ciuilis,  
Vnius quidem,  
plerum. Alter ve-  
& virtutis defen-  
virtuti tribuan-  
gibus defendunt,  
magistratu dicum  
sententiam Xene-  
stratus erga subdi-  
cionis verba ha-  
tū πλύ πατρίδα,  
ταρπεῖς πούε πού  
εργάταις, οτιπού  
τοτε πούε, ταρπε-  
ει, Patriam quiden-  
ues socios, amicos &  
cāquam propria-  
nnes beneficiale  
ip: Μέγας Ελασθ

voluntas Dei  
struatis homi-  
gnorantiam.  
io est à voluntate  
Deus, ut benefi-  
borum ignoranti-  
am,

D. P E T R I.

am, qua victoria nulla præclarior esse po-  
test. Huc illud Pauli præceptum: Vince  
in bono malum. Hic tria notentur. Pri-  
mum, quod homines ignari Euangelij iu-  
dicio Spiritus sancti stulti habeantur. Se-  
cundum, quod hæc stulticia proueniat ex  
ignorantia. Tertium, quod vera sapien-  
tia & vera prudentia in cognitione Dei sit  
sita.

Vt liberi, & non uelut uela-  
men habentes maliciæ liberta-  
tem, sed ut serui Dei.

Alia ratio à conditione Christianorū,  
videlicet, quod Christiani per filiū Dei li-  
bertatem sunt cōsecuti. Hæc ratio illustrior  
fit Antithesi hoc modo. Qui facit peccatum,  
seruus est peccati. Christiani ergo, quos fi-  
lius libertate donauit & redemit à iure pec-  
cati, debent peccato renunciare & iusticiæ,  
ut Paulus loquitur, militare. Præterea an-  
ticipat hīc Apostolus eorum obiectionem,  
qui abusi Christiana libertate sibi quiduis  
libertatis prætextu permiserunt. Quorum  
stulticiam hoc argumento refellit Aposto-  
lus noster. Christiani sunt serui Dei, Ergo  
illorum libertas non prætexanda est mali-

G tiæ,

4  
10

E P I S T . I.

tiæ, imò magis eos ad bene agendum incitabit, vt Dei imaginem referant, cuius & filij & serui sunt.

Omnès honorate, fraternitatem diligite, Deum timete, Regem honorate.

Suprà posuit generalem exhortationem de honesta conuersatione inter gentes: Nunc illam in quatuor retexit hypotheses, quæ modum honestæ conuersationis continent. Harum prima est, Omnes honorate, id est, omnes caritate & debitís officijs prosequimini. Secunda, Fraternitatem diligite, hoc est, fratrum cœtum & coniunctionem fouete & complectimini. Est enim fraternitas fratrum cœtus, vt habetur Zachariæ vndeclimo. Tertia, Deum timete, id est, non solum intus in animo Dei timorem habere debetis, verum etiam vita, moribus & confessione verum Dei timorem præ vobis ferre debetis, vt alij homines ex vestris externis moribus discere possint, qua sitis pietate animi erga Deum. Quarta, Regem honorate, id est, omnes superiores debita obseruantia complectimini. Posuit enim speciem pro genere. In his quatuor

I.  
ene agendum in-  
referant, cuius &  
rate, fraternitas  
im timete, Re-  
eralem exhortatio-  
tatione inter gente-  
retexit hypothese-  
conuersationis con-  
est, Omnes honora-  
ate & debitibus offici-  
nda, Fraternitatem d-  
um coetum & coniu-  
complectimini. Est enim  
cœterus, ut habeatur  
Tertia, Deum tunc  
is in animo Dei immo-  
verum etiam vita, p-  
verum Dei timori-  
is, ut alij homines  
bus discere possan-  
terga Deum. Quod  
est, omnes suppon-  
complectimini. Po-  
genere. In his qua-  
tuor

D. PETRI.

tuor præceptis, honestas vitæ in conuersa-  
tione hominum continetur.

Famuli subiecti sint cum o-  
mni timore Dominis, non so-  
lum bonis & humanis, uerum  
etiam prauis.

Alia hypothesis, quæ etiam contine-  
tur in generali dicto, de honesta seruanda  
inter gentes conuersatione. Præcipit au-  
tem h̄ic Petrus de subiectione domestico-  
rum ministrorum, quos vult subiectos esse  
suis dominis, cum omni timore, id est, cum  
summa obedientia & reuerentia. Est enim  
metonymia siue synecdoche. Verūm, ne  
quis excipiāt indignum esse Christianos  
famulos impijs Dominis subiici, distribu-  
tione occurrit, cum inquit: Non solum bo-  
nis & humanis, verum etiam prauis, hoc  
est, improbis & duris, qui iuxta rigorem  
summum omnia agunt. Opponitur enim  
 $\sigma\kappa\delta\lambda\iota\Theta'$ , bono & humano. Humanus au-  
tem quis sit, ex græca voce manifestum est.  
Vtitur enim Petrus hoc loco vocabulo  
 $\xi\pi\iota\epsilon\eta\hbar\zeta$ , & dicitur propriè  $\xi\pi\iota\epsilon\eta\hbar\zeta$ , qui de  
summo iuris rigore deflectit ad mitigationem,  
propter aliquam circumstantiam fa-

G 2 cii

4  
0

E P I S T . I.

Eti aut personæ. Verum h̄ic vna exceptio obseruanda est de obedientia. Nam cum Domini imperant aliquid, quod à famulis bona conscientia præstari non potest, hoc est, cum imperant aliquid, quod vel cum lege Dei manifesta pugnat, vel cum lege naturæ & publica honestate. Locum habet illud Petri: præstat obedire Deo, quam hominibus. In eandem sententiam Atheniensibus respondet Socrates, cum iubetur sententiæ magistratus cedere; Complector vos, inquit, Athenienses amanter, sed magis Deo q̄b vobis obtemperabo. Simile quoq̄ fuit responsum Antigonæ datum Chreonti Tyranno: Iustius est, inquit, vt īs obtemperem, apud quos perpetuò mansura sum, quam vobis, cum quibus admodum breue tempus vīuam.

Ratio huius exceptionis est, quod omnis obedientia, quæ præstanda est homini, debeat proficiſci ex obedientia Deo debita. Siquidem homini obtemperamus propter Deum. Huc pertinet præceptum Pauli ad Ephes. 6. Serui obedite Dominis vestris carnalibus cum timore & tremore, in simplicitate cordis vestri, tanquam Domino. Et Coloff. 3. Serui obedite per omnia Dominis carnalibus, non ad oculum serui-

seruent  
in simp  
num. Q  
ramini fi  
scientes  
butione  
iussum l  
Dei eit p  
cerit, na  
hominem  
abieco,

Hoc  
pter c  
quis  
ens,

Rati  
prauorū  
familis, F  
et, gratur  
cum pro  
am Dei  
tum Dec  
um offi  
hoc on  
Est aut  
Deus h

D. P E T R I.

seruientes, quasi hominibus placentes, sed  
in simplicitate cordis, timentes Domi-  
num. Quodcumque feceritis, ex animo ope-  
ramini sicut Domino, & non hominibus,  
scientes quod à Domino accipietis retri-  
butionem hæreditatis. Nihil proinde ad  
iussum hominis faciendum est, quod lege  
Dei est prohibitum. Nam quisquis hoc fe-  
cerit, naturæ ordinem inuertit, & sacrilegè  
hominem Deo præfert, omni timore Dei  
abieco.

Hoc enim est gratia, si pro-  
pter conscientiam Dei suffert  
quis molestias, iniuste pati-  
ens.

Ratio est, cur iugum Dominorum  
prauorum non sit excutiendum à fidelibus  
famulis. Hoc est, inquit, GRATIA, id  
est, gratum Deo ( ponitur enim hic abstra-  
ctum pro concreto ) si propter conscienti-  
am Dei suffert quis molestias, hoc est, gra-  
tum Deo est, quod famulo religio sit De-  
um offendere, cuius voluntate intelligit  
hoc onus seruitutis sibi impositum esse.  
Est autem conscientia Dei, non quam ipse  
Deus habet, sed quam homo coram Deo

G 3      habet,

4  
0

E P I S T . I.

habet, qua cauet, ne illum vlla ratione offendat.

Quæ enim laus, si cum peccantes colaphis cedimini, suffertis? sed si cum benefacitis, afflicti, & molestiam tamen toleratis, hoc gratia apud Deum.

Amplificat eandem rationem collatione causarum. Qui affligitur, aut suapte culpa affligitur, aut præter omnem suam culpam. Si sua culpa affligitur, digna pœna dolenda venit. At si præter suam culpam affligitur, patientia Deo est grata. Christianus igitur famulus ita componat se, ut si quid molestiæ ferendum sit, ne id fiat sua culpa.

Nam ad hoc uocati estis.

Alia ratio à genere sumta, siue à communī omnium Christianorum conditio-ne. Omnes p̄ij vocati sunt, ut patienter iniuriā ferant. Quarè etiam Christianos famulos patienter iniuriā ferre oportet.

Quoniam & Christus pa-s  
sus est pro nobis, reliquens no-  
bis

bis ex  
uestigi  
Exer  
num omr  
Christus  
stra est in  
le cum i  
membra,  
cem ferre,  
& nostræ d  
pro nostro  
patimur p  
do, sed in  
Rom. 6.  
magis n  
vilitas,  
cellitas in  
Dominus  
nire, abne  
suam quo  
voluerit a  
det eam,  
crucem s  
meus ell  
quam si  
ce, Nai  
conuer

D. PETRI.

bis exemplum, ut insequerim  
uestigia eius.

Exemplo Christi probat Christianorum omnium esse patienter iniuriam ferre. Christus est caput nostrum, cuius actio nostra est instructio. Cum igitur passus sit ille cum summa patientia, decet & eius membra, id est, Christianos patienter crucem ferre, tametsi causae afflictionis Christi & nostrae diuersae sunt. Ille enim est passus pro nostro peccato expiendo. Nos autem patimur pro eodem, non quidem expiendo, sed in carne nostra mortificando, ad Rom. 6. Porro imitatio Christi in cruce magis nobis dulcescet, si eius necessitas, utilitas, dignitas & modus spectentur. Necesitas imitationis indicatur Matth:6. vbi Dominus ita ait: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me. Qui enim voluerit animam suam saluam facere, perdet eam. Et Luc. 14. Et qui non baiulat crucem suam, & venit post me, non potest meus esse discipulus. Hæc dicta testantur, quam sit necessaria imitatio Christi in cruce. Nam & mandatum Christi vrget, & conuersionis conditio postulat conformi-

G 4 ratem

4  
0

E P I S T . I.

tatem sanctorum cum Christo in cruce. Utilitas imitationis duplex est. Vna in hac vita, de qua Paulus ad Rom. 6. Hoc scientes, quod vetus noster homo vna crucifixus est, ut destruatur corpus peccati, ut ultrà non seruiamus peccato. 2. Corinth: 4. Semper mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circumferentes, ut & vita Iesu manifestetur in corporibus. Altera in futura vita, de qua idem Apostolus ad Rom. 8. Si vna cum eo patimur, simul etiam cum eo regnabimus. 2. ad Timoth. 2. Nam si commortui sumus, & conuiuemus. Dignitas imitationis crucis Christi indicatur Matth: 10. Qui non accipit crucem suam & sequitur me, non est me dignus, Hoc est, non est dignus, ut membrum meum censeatur. Ad Galat: 6. Stigmata Domini Iesu in corpore meo gesto. Item, Absit mihi gloriari, nisi in cruce Domini Iesu Christi. Ad Rom. 8. Quos praesciuit, eosdem etiam praedestinavit conformes fieri imagini Filii sui. Modus imitationis non consistit in quantitate, non in qualitate, & non in fine principali crucis Christi: sed in his quinqꝫ. In fiducia erga Deum. In obedientia spontanea. In patientia vera. In inuocatione & gratiarum actio-

action  
ducie  
num in  
ad extre  
dientia. E  
liauit se  
mortem  
53. Obla  
os suum  
actione P  
nantur. In  
uocatione  
cruce plu  
nis italo  
rum est  
insuper  
iam acc  
vt Abral  
niel, Petri,  
imitandos

Qu  
nec in  
eius,  
uicilli  
teretu

D. P E T R I.

actione. Et in spe gloriosæ liberationis. Fiduciæ vox est in Psalm. 16. Posui Dominum in conspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi, ne commouear. De obedientia & patientia simul Philip:2. Humiliauit seipsum, factus obediens usq; ad mortem, mortem autem crucis. Item Esaiæ 53. Oblatus est, quia voluit & non aperuit os suum. De inuocatione & gratiarum actione Psalm. 16. & 22. & multi alij concionantur. Item Matth. 26. & Iohan. 17. de inuocatione & gratiarum actione Christi in cruce plurima leguntur. De spe liberationis ita loquitur Psal. 16. Propter hoc lætatum est cor meum, et exultauit lingua mea, insuper & caro mea requiescat in spe. Huc iam accōmodentur exempla imitationis, ut Abrahæ, Isaac, Iacob, Iob, Dauid, Daniel, Petri, Pauli & aliorum, quos & nobis imitandos proponamus.

Qui peccatum non fecerat,  
nec inuentus est dolus in ore  
eius, qui conuicj;s petitus non  
uicissim conuiciabatur, cum pa-  
teretur non minabatur, sed com-

G s mi-

4  
0

E P I S T . I.  
misit vindictam ei, qui iudicat  
iustè.

Exemplum Christi, quod imitandum proposuit, amplificat, ut ostendat quo animo nos, qui eius discipuli sumus, iniuriam ferre debeamus. Quod autem addit, Christum vindictam commisisse ei, qui iustè iudicat, non ad cupiditatem vindictæ in Christo referendum est, sed ad obedientiæ causam. Ut igitur ipse obediens fuit sub cruce, Deo commendans & se & suam causam: Ita & nos ipsius exemplum imitari debemus, commendantes nos & nostram causam Deo, & simul iuxta mandatum Christi orantes pro persequentibus nos.

Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, ut peccatis mortui iusticiæ uiuamus, cuius liuore sanati fuistis.

Alia ratio à fine afflictionum Christi. Christus afflatus est propter peccata nostra expianda. Ergo non amplius peccatis indulgebimus, sed viuemus potius iusticiæ eius, cuius liuore sanati sumus. Proinde, non

D. PETRI.

de, non decet vt impatienter nos crucem  
feramus.

Eratis uelut oues errantes,  
sed conuersi estis nunc ad pasto-  
rem & Episcopum animarum  
uestrarum.

Ratio à conditione status Christiano-  
rum. Olim ante conuerzionem fuistis vt  
oues errantes, nunc autem estis conuersi ad  
pastorem & episcopum animarum vestra-  
rum. Decet igitur, vt vestri pastoris ex-  
emplum in cruce patienter ferenda imite-  
mini.

## TERTIVM CAPVT.

### S V M M A C A P I T I S T E R T I I .

4  
**M**onstratis coniugum officijs, commu-  
nia omnium ordinum hominibus  
officia præscribit Apostolus. Vnde ad  
sanctitatem & constantiam in fide & spe  
horta-

E P I S T . I.

hortatur, propositis cum prēmiorum obediētiæ, tum pœnarum inobedientiæ exemplis.

ORDO ET PARTES CAPI<sup>A</sup>  
T I T I S T E R T I I .

**Q**uartuor sunt huius capitū partēs præcipuæ. In quarum prima, instruit mulieres. In secunda, maritos docet. In tertia, communia omnibus hominibus præcepta commendat. In quarta, ad sanctitatem, constantiam in fide & spe, & patientiam in cruce hortatur, proposita collatione temporis Noë & temporis, quo hæc Apostolus scripsit, Significans similes pœnas manere incredulos omnibus temporibus, quantumuis multi fuerint, cum contrā pīj, quorum numerus est perexiguus, potentia Dei saluentur.

EXEGESIS TERTII  
CAPITIS, CVM OBSERVATIONE DOCTRINARUM.

Similiter uxores subiectæ  
sunt uiris.

Pertinet & hæc hypothesis ad honestam inter homines conuersationem, &  
conti-

tinetu  
autem  
possum  
subiecti  
potius e  
tionis ir

Vi  
unt ser  
ueratio  
fiant, c  
stram  
nem,

Ex  
sta vxor  
ctionem,  
res velut  
coniugur  
verbo pr  
rent proj  
autem A  
lucrificat  
est, ne  
saluari

D. P E T R I.

tinetur in illa: Omnes honorate. Qualis autem hæc subiectio esse debeat, alibi exposuimus, & summa huc redit, vt hæc subiectio sit liberalis, & non scrupulis, vt que potius ex caritatis lege, quam ex dominationis imperio pendere debeat.

Vt etiam, si qui non obediunt sermoni, per mulierum conuersationem sine sermone lucrificant, considerantes puram uestram in timore conuersationem.

Exhortationis ratio est ab utili. Honestata uxoris conuersatio per debitam subiectiōnem, interduim facit ut mariti seueriores veluti cicurentur, ac tandem piarum coniugum consuetudine conuicti, aures verbo præbeant, à quo alioqui abhorrent prophani & ridigi homines. Cūm autem Apostolus dicit: Ut sine sermone lucrificant, ad præparationem referendum est, ne quis putet quemquam sine verbo saluari posse.

Quarum sit non externus in  
pli-

gñiorum ob-  
obedientiae ex-

RTES CA-  
RTII.

capitis partis  
um prima, in-  
maritos docer-  
nibus homini-  
. In quarta, ad  
n fide & spe, &  
atur, propofita  
& temporis, quo  
significans similes  
los omnibus tem-  
vult fuerint, cum  
terus est perexi-  
ur,

TERTII  
BSERVA:  
m.  
subiecta

thesia ad hon-  
erstationem, &  
conta-

4  
1111111111  
0

E P I S T . I.

plicatura capillorum, & circumpositione auri, & amictu palliorum, ornatus, sed occultus coridis homo in incorrupto (ornatus) lenis & quietus spiritus, quod est coram Deo preciosum.

De subiectione mulierum dixit, nunc earum ornatum per antithesin describit Apostolus. Nam cum mulieres pleræcū externi ornatus & cultus audiiores sint, sit ut sæpiissimè modum transgrediantur. Confert autem hīc duplīcem ornatum, Quorum vñus est externus & caducus, Alter internus & constans. Ille superbiæ & intemperantiæ: hic lenis & mansueti sp̄iritus inditium est. Cæterum hīc seruandum est τὸ πεπτόν personarum, ne quid superstitione temerè contra honestam consuetudinem peccetur. Nec enīm decorum esset, si honesta matrona, in superiori aliquo statu constituta, se vilium ancillarum more vestiret religionis gratia. Quare diligenter spectandum est, quid & status hominis, & consuetudo patriæ patiatur. Huc pertinet pulcherrimum Cratetis dictum, quid de orna-

D. P E T R I.

ornatu muliebri in hanc sententiam loquitur: Ornatus est quod ornat, ornat autem, quod mulierem ornatiorem facit. Sed nec aurum, nec smaragdus mulierem ornatiorem facit, sed quæcunq; grauitatis, modestiæ & pudicitiæ significationem habent.

Sic enim olim etiam sanctæ mulieres, quæ sperabant in Deum, ornabant sese, subiectæ proprijs maritis, sicut Sara obediuit Abrahæ, Dominum eum uocans, cuius factæ estis filiæ cum benefacitis, & non metuitis ultum terrorem.

Sanctarum matronarum exemplo confirmat Apostolus, quod de mulierum ornatu & subiectione præcepit. Et ut certam regulam prescribat, Saram uxorem Abrahæ proponit, quæ Deum timuit, quæ ornabat se pudicitia, quæ subiecta erat marito, Dominum eum appellans. Ut non solum facto, verum etiam voce suam subiectionem testaretur. Huius Saræ filias dicit esse Christianas matronas, quæ ipsius virtutes

E P I S T . I.

tutes imitantur, quæ ipsius exemplo benefaciant, quæ sponte & vltro officium suum præstant, nullo ad id compulsæ timore. Ita enim ait: Cuius filiæ factæ estis cum benefacitis, & non metuitis ullum terrorem. Vult ergo mulieres benefacere, ut non ad id terrore maritorum cogantur, sed proprij potius animi promptitudine impellantur ad officium præstandum. Hæc simplissima sententia est verborum Apostoli, & maximè exemplo proposito congruit. Ut enim sua sponte benefecit Sara, non compulsa viri imperio; ita & aliae mulieres non terrore pœnæ, sed amore virtutis probæ esse debent.

Viri similiter cohabitantes (sint) secundum scientiam, tanquam infirmiori uasi, muliebri tribuentes honorem, tanquam etiam cohæredes gratiæ uitæ, ne interrumpantur preces uestræ.

Analogum officium requirit à mari-  
tis, videlicet ut cohabitent vxoribus secun-  
dum scientiam, id est, sancte & honestæ.

Ex

Ex ca  
dem  
est lan  
quia h  
contine  
mum e  
Syneca  
in fam  
dum fa  
& regul  
stolus ma  
tos esse;  
honestæ  
vxorib  
tum ho  
stantur  
conditi  
Tertio,  
lat, moni  
ret esse de  
liebris, &  
benigni  
valis (o  
mes sic  
Deo &  
iuncta  
erga v  
to, Qu

I.

s exemplo bene-  
o officium suum  
pulsæ timore, Ita  
e estis cum bene-  
vllum terorem,  
facere, vt non ad-  
gantur, sed pro-  
tudine impellan-  
um. Hæc simpli-  
orum Apostoli  
posito congruit,  
efecit Sara, non  
a & aliae mulieres  
more virtutis pro-

r cohabitantes  
Scientiam, tan-  
tas, muliebri-  
n, tanquam  
gratiæ uitæ,  
r preces ue-

requirit à mari-  
vxoribus secun-  
dè & honeste.  
Ex

D. P E T R I.

Ex causa enim effectum intelligit. Siquidem scientia ex verbo Dei percepta, causa est sanctitatis, & omnis honestatis. Verum, quia hæc pauca Apostoli verba multa continent, ea retexam & illustrabo. Primum ergo vox cohabitationis, significat Synecdochicōs omnia maritorum officia in familia. Deinde quod additur, secundum scientiam, modum præstandi officij & regulam continet. Nam, ut vult Apostolus maritos vera scientia agendi præditos esse: Ita requirit ab ipsis, ut sanctè & honestè iuxta regulam verbi Dei cum vxoribus viuant, & tribuant eis debitum honorem, hoc est, caritatē eas completantur, facientes quæ requirit maritorum conditio, & quæ postulat vocationis ratio. Tertio, cum vxores infirmum vas appellat, monet Primum, ut mariti, quos fortioreret esse decet, meminerint infirmitatis muliebris, & imbecillitate earum admoniti, benignius eas tractent. Deinde, appellatio vas (qua significatur, quod coniunx comes sit viro, & adiutrix ad fideliter coram Deo & in familia transfigendam vitam adiuncta) rationem continet officij mariti erga vxorem. Est enim vxor adiutrix viro. Quarè par est, ut eam tanquam adiu-

H tricem

E P I S T . I.

tricem, & eiusdem iugi sociam complectatur. Quarto additur ratio à communī piorum coniugum conditione, videlicet, quod sint cohæredes æternæ vitæ. Proinde decet, ut hīc se mutuo honore prosequantur. Quinto & ultimo argumentum à necessario opponit, cum inquit: Ne interruptur preces vestræ. Vbi enim non cōuenit inter coniuges, interruptur hoc necessarium officium, quod est inuocatio Dei. Quare ne id fiat, mariti studere debent, ut sit cohabitatio eorum cum honestis vxoribus pia, honesta & quieta.

In summa uero sitis omnes concordes, compatientes, fraternè uos diligentes, misericordes, affabiles.

A particularibus officijs ascendit ad communia Christianorum officia, & iusticiæ quasdam partes recitat. Concordes θμόφρονες, vocat eos, qui sunt eiusdem animi & sententiæ. Qua virtute vinculum pacis & tranquillitatis Christianis commendatur. Cum contrà, qui dissentientib⁹ libidine laborant, schismata faciant, & rumpant dilectionis vinculum, præbeantq⁹ occasio-

calio  
Chri  
quod  
sia det  
facien  
Nam  
& Be  
vocal  
tangu  
mōz d  
palcen  
& i. C  
clelian  
comp  
cerā  
fiscle  
incol  
terne  
Apost  
tali pe  
filios  
mori  
doze  
par  
con  
est,  
pro

L.  
D. PETRI.

casionem Satanæ ad euertendas Ecclesiæ Christi. Verum hoc interea sciendum est, quod concordia Christianorum in Ecclesia debeat esse sancta, in rebus p̄ijs & licitis, facientibus ad ædificationem mutuam. Nam alioqui nullus est consensus Christo & Belial. Compatientes græcè συμπάθεια vocat eos, qui mutuo molestiarum sensu tanguntur. Est enim συμπάθεια πάθος των δια πάθεις ἐπέρα. Huc pertinet illa pulcherrima pictura apostoli Pauli Rom. 12. & 1. Corinth: 12. in qua pictura totam Ecclesiam corpori varijs constanti membris comparat. Huius συμπάθειας fons est sincera dilectio ex corde, fide purificato, proficiscens. Finis autem huius sympathiae est incolumitas totius corporis Ecclesiæ. Fraternè se inuicem diligere, ideo vult pius Apostolus, quia ex eodem semine immortali per Spiritum sanctum sunt regeniti in filios Dei. Vnde Christus excitatus à mortuis, iussit nunciari discipulis: Ascendo ad Deum meum & Deum vestrum, ad patrem meum & patrem vestrum. Misericordes ἔυαλαγχνοι. Sunt autem ἔυαλαγχνοι quasi bonorum viscerum, id est, affectuum. Viscerum enim vocem pro affectibus usurpant sacræ literæ. Non

H 2 igitur

E P I S T . I.

igitur tantum ad misericordiam referenda est vox εὐωλαγχνίας, sed etiam ad omnē pietatis affectum, quo mores externi ueluti condiuntur. Affabiles græcè οὐλόφρονες (amicabiles) sunt, qui ad vitæ consuetu-  
nem faciles sunt & commodi, autore Bu-  
dæo. Quantum autem hæ virtutes ad  
honestè transfigendam vitam inter homi-  
nes habeant momenti, nemo non vident,  
præsertim, si ea comparauerit cum oppo-  
sitis vicījs, quibus nihil in vita nocentius  
& turpius esse potest.

Non reddentes malum pro  
malo, aut conuicium pro conui-  
cio, sed contrà benedicentes, sci-  
entes quòd in hoc uocati sitis, ut  
benedictionem hæreditatis pos-  
sideatis.

Corrigit Apostolus vītia veteris ho-  
minis, quæ sunt inter multa alia: Malum  
pro malo reddere, conuicium pro conui-  
cio, maledictum pro maledicto. Vult  
enim, vt benè precemur ihs, qui nobis ma-  
ledicunt, & ex animo condonemus offen-  
sam ihs, qui nos læserunt, id quod ex voca-  
tionis

I.  
diam referenda  
etiam ad omni  
es exterrini ueluti  
æcè Ελέοπονε  
l'vitæ consuetu  
odi, autore Bu  
hæ virtutes ad  
am inter homi  
mo non vider  
erit cum oppo  
vita nocentius

s malum pro  
um pro conui  
nedicentes, sc̄i  
uocati sitis, ut  
reditatis pos  
  
vitia veteris ho  
lta alia: Malum  
cium pro conui  
ledicto. Vult  
z, qui nobis ma  
donemus offend  
quod ex voca  
tionis

D. PETRI.

tionis nostræ conditione confirmat. Ac si diceret: Nos toties Deum offendimus, & fuimus digni, quibus æternū malediceret Deus, verum cum ipse, condonata omni offensa, vocat nos ad possessionem perpetuae benedictionis, par est, ut eius exemplum imitemur, modo ipsius filij germani esse velimus. Hoc quia commune est officium Christianorum, nequaquam tollit aut euertit illorum officium, quorum est alios in timore Dei castigare & coercere, ne scabies paucorum totum inficiat gregem. Hoc confirmatur Christi, Prophetarum & aliorum multorum sanctorum exemplis.

Qui enim uitam uult diligere & uidere bonos dies, cohercat linguam suam à malo, & labia sua nē loquantur dolum, declinet à malo & faciat pacem, & sectetur eam. Quia oculi Domini super iustos, & aures eius in deprecationem eorum, ac uultus Domini in facientes mala.

Ex Psalmo 35. id quod dixerat de hæ  
H 3 redi-

E P I S T . I.

reditate benedictionis, hoc est, felicis immortalitatis, confirmat. Etsi autem, quantum ad sensum attinet, fideliter expressit Petrus mentem Dauidis, tamen nec Ebraicam veritatem, quantum ad verba attinet, nec versionem septuaginta interpretum est  
*Ex misericordia patrum nostrorum apud nos secutus.* Solent enim Apostoli non tam verborum, quam rerum curam habere. Locus hic insignis obseruandus est, qui docet omnia cum praesentis tum futuræ vitae commoda à Dei timore pendere, quemadmodum etiam promissiones addite primo & quarto precepto clarissime docent. Quare eos fugiendos moneo, qui conantur homines abducere à claris Dei promissionibus ad Satanicas illusiones, ut quaerant futurorum euentum, & felicitatem hominum ex horoscopis & prædictionibus hominum quaestum mendacio quaerentium, quos secundum Imperatorum leges olim iuste puniuit magistratus. Ac si quis contra hanc diuinam promissionem obiciat multos pios contraria experiri promissionibus illis magnificis, respondeo pios semper habere quantum satis est, si tentationis exitum spectes. Imò in medijs afflictionibus felices & beatí exultant. Contrà autem, qui mala conscientia torquentur,

tur, nihil cere. V lus, per tione ne nendum culos D tia: Ita signific eos etiam in renati ratio haec fineat à i qui non vita & g candi t confue coaffec omnis iudicium

Et boni

R & sancte, in reperi, f in mu

D. P E T R I.

tur, nihil inueniunt in quo possint acquiescere. Vocabula, quibus usus est Apostolus, per se sunt clara, ut nostra interpretatione non indigeant, nisi forte hoc admonendum est, quod quemadmodum per oculos Domini fauor & gratuita benevolentia: Ita per vultum ira idiotismo hebraico significetur. Porro hic locus Petri contra eos etiam militat, qui negant bona opera in renatis necessaria esse, firmissima est enim ratio haec: Qui vult & expedit vitam abstineat a malo, & faciat bonum. Proinde, qui non abstinet a malo, nec facit honum, vita & gratia excidit, & consuetudine peccandi tandem obdurescit. Sicut enim ex consuetudine laboris callus obducitur loco affecto: Ita ex consuetudine peccandi omnis sensus doloris & omne  $\sigma \omega \tau \pi \rho \sigma \epsilon \omega \sigma$  iudicium amittitur, & mens sit reproba.

**Et quis est, qui affliget uos, si boni imitatores fueritis?**

Ratio exhortationis a fructu vitae pie & sancte transactae. Nam pie & sanctae vitae, in qua conamur de omnibus benemereri, fructus esse solet quieta & tranquilla in mundo conuersatio, cum contraria turbu-

H 4 lenti

4  
11111111  
1

E P I S T . I.

Ienti s̄æpe sibi ipsi exitium accersunt, Verum quia hæc habet exceptionem, subiungit Apostolus,

Sed etsi quid perpetiamini propter iusticiam, beati.

Afflictionum in hac vita duæ sunt causæ. Vna, culpa propria eius qui affligitur: Altera, non culpa, sed iusticia potius & benefacta. Qui suam ob culpam affligitur, iuste patitur, qui verò ob benefactum seu iusticiam, beatus est, idq; non propter sensum crucis, quæ semper molesta est, sed propter euentum. Nam gloria futura est liberatio omnium piorum, qui, cum patiuntur, fidem retinent & spem gloriæ promissæ. Hanc interpretationem confirmat concio Christi Matth. 5. vnde hæc Petrus desumfit,

Cæterū, terrore illorum netre amini, neq; turbemini: sed dominum Deum sanctificate in cordibus uestris.

Quia omnes, qui volunt piè in Christo viuere, iuxta Pauli dictum, persecutio nem in mundo patienter, animat Petrus

pios

pios  
mum  
quino  
namus  
qui pre  
potest,  
dicit A  
cordib  
veritan  
enim n  
non seru  
suo tem  
rus, mo  
rauerit  
gener  
dibus  
rex D  
cum di  
præfens  
Hæc pa  
cerit; S  
Hiūsm  
veteri,  
multa i  
Quæ o  
& peri  
& misé  
& viu  
crucem,

D. P E T R I.

pios aduersus crucis acerbitatem, ac pri-  
mum vult, vt deponamus metum eorum,  
qui nos persequuntur, iubetq; vt ei oppo-  
namus promissiones diuinæ. Nam Deus,  
qui promisit suis liberationem, fallere non  
potest, cum sanctus sit. Atq; hoc est, quod  
dicit Apostolus : Sanctificate Deum in  
cordibus vestris, hoc est, omnem laudem  
veritatis & iusticiæ Deo tribuite. Fieri  
enim non potest, vt promissiones suas  
non seruet. Quarè certi estote, quod vos  
suo tempore ex omnibus malis sit ereptu-  
rus, modo vos constantes in fide perseue-  
raueritis. Hanc interpretationem huius  
generalis dicti : Sanctificate Deum in cor-  
dibus vestris, requirit Ἀγιστικός. Hoc pacto  
rex Dauid in exilio Deum sanctificauit, *z Regum: 15.*  
cum diceret se paratum esse, ad ferendum  
præsens exilium, si ita Domino videretur.  
Hoc pacto Iob sanctificauit Deum cum di-  
ceret, Scio quod redemptor meus viuat.  
Huiusmodi plurima sunt exempla, cum in  
veteri, tum in nouo testamento, qualia  
multa recitat Epistola ad Hebræos cap. II.  
Quæ omnia exempla monent, vt in cruce  
& persecutione intueamur iudicium Dei  
& misericordiam. Atq; ita inuicto animo,  
& viua in Christum fiducia perferamus  
crucem.

H 5 Pa

I Cyp: undis  
Gesetz sinn tr  
viro natio  
me am

E P I S T . I.

Parati autem semper sitis ad respondendum cuilibet petenti rationem spei, quæ est in uobis, cum lenitate & timore.

Quia confessionis christianismi comes est in hoc mundo persecutio, monet Apostolus pios, ne propter persecutionis metum abhiciant confessionem, aut dissimulent, sed potius parati sint ad respondendum cuilibet interroganti. In respondendo autem Petrus duo requirit, videlicet mansuetudinem, & timorem Dei. Mansuetudo quidem opponetur iracundie & impatiens. Timor vero Dei veritatis, constantiae & bonae conscientiae custos est, monetque ut in ipsa confessione ad Deum ipsum respiciamus.

Verum hinc plura perpendenda sunt. Primum enim discernendum est inter necessaria & ἀδιαφορα. Necessaria est omnium hominum obligatio ad primum preceptum, ut verum Deum vero timore & vera fide colant, & ut fugiant idola omnia, & quarumcunque sectarum portenta, pugnantia cum verbo Dei. Matth.4. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli serui-

seruies,  
sarius est  
confessio  
gaurit i  
cum cora  
tem qui  
signis se  
Dei cult  
Mediator  
ua pietate  
aut alijs ri  
idola, vt i  
statio par  
Nec hic  
propter  
rem, au  
res dece  
pro de fi  
decantati  
vespertini  
ipfis Pap  
interesse  
mis cau  
mionib  
bare, q  
Secun  
fit nol  
uentur

D. P E T R I.

seruies. Nec tantum interior cultus necessarius est, sed etiam externa significatio, & confessio seu professio. Matth. 10. Qui negauerit me coram hominibus, negabo eum coram Patre meo cœlesti. Negat autem qui vel corde, vel corpore & externis signis seu gestibus se non testatur vnius Dei cultorem esse in Christo Iesu vnicō Mediatore. Hinc concludo neminem salua pietate posse interesse Missis Papisticis aut alijs ritibus, in quibus sunt manifesta idola, vt iuocatio sanctorum, circumgestatio panis, & adoratio simulacrorum. Neq; h̄c vlla excusatio valet. Nam neque propter vocationem, neq; propter vxorem, aut amicos, neq; propter vllas alias res decadendum est ab æterno Dei præcepto de fugiendis idolis. Αδιάφορα sunt decantationes Psalmorum, matutinæ & vespertinæ preces, præcipue illæ, quæ ab ipsis Papisticis de tempore vocantur. His interesse per se non est impium, sed imprimitis cauendum est, ne exemplo tuo infirmioribus sis scandalο, & illa videaris probare, quæ cum primo præcepto pugnant. Secundò cauendum est, ne intempestiuā sit nostra confessio extra publicum conuentum. Quarè præceptum Petri diligenter

E P I S T . I,

ter perpendendum est, ad respondendum, inquit, omni petenti. Aliud est enim respondere, si interrogatus fueris, aliud est citra necessitatem apud impios se temere in pericula coniçere, præsertim ubi non expetitur confessio. Tertiò, perpendendum est & hoc, ne extra cœtum Ecclesiasticum, ubi colloquia oriuntur de religione, & aduersarij blasphemias loquuntur, tacitus videaris approbare impietatem. Quarè ab huiusmodi colloquijs abesse tutius est, ne tacendo conscientiam vastes, atq; ita naufragio fidei facto, reus fias defectionis à Deo. Proinde, si quando contigerit te voces in Deum blasphemias audire, potius mors oppetenda est, quam ut tacitus feras contumeliam Dei.

Conscientiam habentes bonam, ut in eo, quod loquuntur aduersus uos tanquam maleficos, pudefiant, qui incessunt uestram bonam in Christo conuersationem.

Confessionis duplēcē fructum ponit: nemp̄ bonam conscientiam apud Deum,

D. P E T R I.

um, qua re nulla alia iucundior esse potest:  
& bonam famam apud homines. Nam ut  
honor ex confessione Deo tribuitur, vnde  
tranquilla redditur conscientia: Ita vitæ  
integritas bonum nomen adfert, adeò ut  
qui parum honestè antea de pījs iudica-  
runt, nunc conuicti piorum confessione  
( quæ in veritatis defensione, & in vitæ  
sanctimonia posita est) pudeant, agnos-  
centes se iniustè pios traduxisse. Quid au-  
tem sit bona conscientia, ex 13. capite ad  
Hebræos colligi potest, vbi ita inquit au-  
tor eius Epistolæ: Confidimus, quia bo-  
nam conscientiam habemus, in omnibus  
rectè conuersari volentes. Proinde, bo-  
na conscientia erit in renatis, voluntas re-  
ctè faciendi, ut sciens & volens non ruas  
contra voluntatem Dei. Huiusmodi con-  
scientia Actor: 14. dicitur ἀπόστοπος,  
in hoc, inquit Paulus, ipse me exerceo, ut  
conscientiam habeam ἀπόστοπος apud  
Deum & apud homines semper, hoc est,  
talem, qua caueam perpetuò, nec vel De-  
um sciens & volens offendam, vel homi-  
nibus sim scandalo. Obserua hoc loco,  
quò omnes conatus piorum in hac vita  
referri debeant, nimirum, ut bonam con-  
scientiam apud Deum habere, & bonam  
famam

E P I S T . I.

famam coram hominibus tueri possint.  
Contrà verò obserua nihil tristius esse ma-  
la conscientia, & mala fama. Illa enim intus  
cruciantur homines: hac foris contemnun-  
tur, & velut expuuntur, tanquam res fœ-  
dissima & abiectissima.

Melius enim est benè agen-  
tes, si ita uelit uoluntas Dei, pati,  
quam male agentes.

Ratio à collatione causarum crucis  
(alij enim affliguntur propter peccata sua,  
alij præter merita sua) quasi dicat: Etsi  
gravis crux est, tamen melius est propter  
bonam causam affligi, quam propter ma-  
lam. Nam qui affligitur ob bonam cau-  
sam, beatus est, quemadmodum suprà Pe-  
trus ex concione Christi probauit. Inter-  
ponitur autem hic argumentum à volun-  
tate Dei sumtum: Si ita, inquit, velit vo-  
luntas Dei, ac si dicat: Cum crux non ca-  
su aliquo nobis imponatur, sed ex consi-  
lio Dei, æquius ferenda est. Nam clemen-  
tissimus pater non castigat filios suos, ut  
perdat eos, sed potius ut castigatos seruet,  
dum in ipsis crucis onere opprimitur &  
mortificatur corpus peccati. Imprimis er-

go

I.  
s tueri possim,  
I tristius esse ma-  
a. Illa enim inca-  
oris contemnun-  
tanguam res so-

t benè agen-  
tas Dei, pati-

causarum crucis  
opter peccata sua,  
quā dicat; Esi  
medius est propri  
quām propter me  
tur ob bonam cau-  
modum suprà Pe-  
probauit, Inter-  
nentum à volu-  
inquit, velit vo-  
num crux non ce-  
ur, sed ex confi-  
st. Nam clemas-  
it filios suos, vi-  
astigatos seruet,  
opprimunt &  
i. Imprimis er-

gō

D. PETRI.

gō obseruandum est, quōd causam crucis  
piorum affirmat esse uoluntatem Dei. Hęc,  
quia semper bona, iusta & sancta est, par  
est, vt ei nos subiçiamus in timore Dei  
per patientiam, præsertim cum tendat in  
nostrum profectum. Nam ideo, vt Paulus  
i. Corinth. ii. testatur, corripimur, ne  
cum hoc mundo damnemur. Nihil enim  
proclivius est, quām à Deo deficere, cum  
omnia nobis ex votis cedunt, siquidem ea  
est naturae nostrae prauitas, vt secundis re-  
bus uti non possit, nisi in suam perniciem.  
Quare rectissime à Poëta dictum est:

*Nescia mens hominis fati sortisq; futuræ,  
Et seruare modum rebus sublata secundis.*

Dauid sua experientia edoctus ait: Prius-  
quam humiliarer, errauī. Item, Bonum est  
mihi Domine, quōd humiliasti me, vt di-  
scam statuta tua. Hinc patet, quod nam  
sit Dei consilium, quando suos cruce ex-  
aminat, videlicet, vt & in doctrina pietatis  
proficiant, & in vita innocentia perseue-  
rent, seu vt Paulus loquitur, vt abundant  
magis magisq; in omni cognitiōe & sensu.  
Feramus igitur æquo animo crucem, cogi-  
tantes bonam Dei voluntatem esse, vt cru-  
ce coérceamur, ne caro ferociat aduersus  
spiritum.

Nam

E P I S T . I.

Nam & Christus semel pro  
peccatis passus fuit, iustus pro  
iniustis, ut nos adduceret Deo.

Aetiologia est ab exemplo Christi.  
Christus, et si iustus fuit, malis tamen affe-  
ctus est. Proinde nos quoque Christi exem-  
plo patiamur potius bene agentes quam  
male agentes. Obserua hoc loco discri-  
men inter nostram crucem, & crucem Chri-  
sti. Christus enim passus est pro iniustis, vt  
eos Deo adducat, hoc est, vt eos sua victi-  
ma redemptos a reatu & obligatione dam-  
nationis absolueret, & vestitos sua iusticia  
reconciliaret Deo, iuxta illud 2. Corinth. 5.  
Eum qui non nouit peccatum, fecit pecca-  
tum, ut nos fieremus iusticia Dei in ipso. Nos  
autem patimur Dei consilio, vt in nobis  
vetus homo crucifigatur, & nouus qui-  
dam formetur. In huius veteris hominis  
mortificatione, & in noui formatione sita  
est sanctificatio nostri, quae in nobis per-  
agitur virtute mortis & resurrectionis Do-  
mini.

Mortificatus quidem carne,  
uiuificatus uero spiritu.

Quem-

D. P E T R I.

Quemadmodum in Christo commen-  
datur nobis crucis ferendæ exemplum: Ita  
spes gloriose liberationis in eodem exem-  
pto nobis proponitur. Nam ut ille post  
mortem in gloriam suam per resurrectio-  
nem à mortuis intrauit: Ita & nobis post  
crucem, si modo in fide Christi usq; ad fi-  
nem perseuerauerimus, gloria expectanda  
est, iuxta illud Pauli Roman: 8. Si patimur  
cum illo, simul cum illo regnabimus. Ut  
enim ille sua diuina natura excitatus est,  
postquam ex infirmitate carnis est passus:  
Ita nos eadem sua diuina virtute olim ex-  
citabit & viuificabit, vt beati æternū  
cum illo regnemus. Hic sensus verborum  
Apostoli est, vnde patet, quod carnis vo-  
cabulo humana natura Christi tota intel-  
ligatur: Sicuti spiritus appellatione eius-  
dem diuina natura. Nam ut secundum hu-  
manam naturam est passus: Ita ex poten-  
tia diuina est excitatus, quemadmodum  
Paulus doget 2. Corinth. 13. hisce verbis:  
Crucifixus est ex infirmitate, sed uiuit ex  
Dei potentia. Perperam igitur quidam  
spiritus nomen ad animam Christi refe-  
runt, contra apertum Pauli testimonium.  
An non plena est partitio, qua hic dicitur,  
Christus mortificatus carne, & viuificatus

I spiri-

E P I S T . I.

spiritu? Significat ergo'ne h̄ic Petrus Christum totum constare ex carne & spiritu? Vbi animæ mentio, si spiritus nomen diuinitatem notat? Ad hoc suprà responsum est, & nota est scripturæ phrasis, qua carnis nomine integer homo ex anima & corpore constans intelligatur. Si sic est, animam Christi mortuam fuisse fateris? Nequam, sed dolores mortis fuerunt communes corpori & animæ, adeò quidem ut anima propriè passa dicatur, sicut corpus propriè mortuum dicitur, anima ex ipso egressa.

In quo etiam spiritibus, qui sunt in carcere, profectus prædicauit, immorigeris olim cum semel expectabat Dei patientia in dieb. Noë, dum appararetur arca, in qua paucæ, hoc est, octo animæ seruatæ sunt, per aquam. Cui nunc respondens exemplar etiam nos saluat Baptisma, non sordium carnis depositio, sed

con-

con  
Deo  
Chri  
prof  
bi an  
tutib  
  
Q  
gumen  
quibus  
rumaci  
lationi  
biti ii  
stolu  
temp  
homini  
bo pra  
rea eon  
cere e  
suæ i  
Not  
nes,  
ptei  
Arc  
Ad  
spiri

I.

hic Petrus Christi  
carne & spiritu  
tus nomen diu-  
suprà responsum  
hralis, qua carnis  
anima & corpo-  
Si sic est, animam  
fateris? Nequa-  
fuerunt commu-  
d' quidem ut ani-  
mam, sicut corpus  
ur, anima ex ipso

spiritibus, qui  
profectus pra-  
eris olim cum  
Dei patientia  
appararetur  
hoc est, octo  
t, per aquam  
ens exemplar  
aptisma, non  
positio, sed  
cons

D. PETRI.

conscientiae bone stipulatio cum  
Deo, per resurrectionem Iesu  
Christi, qui est in dextra Dei  
profectus in cœlum, subiectis si-  
bi angelis & potestatibus & uir-  
tutibus.

Quia maxima vis inest suasorijs ar-  
gumentis, quæ petuntur ab exemplis, in  
quibus præmia virtutum & supplicia con-  
tumaciæ referuntur: Petrus proponit col-  
lationem temporis Noë, & Christi exhibi-  
biti in carne, seu temporis, quo hæc Apo-  
stolus scripserat. Quemadmodum itaq;  
tempore Noë spiritus Christi prædicauit  
hominibus, quorum pleriq; quidem ver-  
bo prædicato non crediderunt, & propte-  
reà eorum spiritus nunc detinentur in car-  
cere exteriorum tenebrarum, vbi luunt  
suæ contumaciæ pœnam. Alij verò ut  
Noë cum sua familia, hoc est, octo homi-  
nes, & verbo obtemperârunt, & sunt pro-  
ptereà per medias diluuj aquas seruati in  
Arca, reportantes suæ obedientiæ præmia:  
Ad eundem modum nunc idem Christi  
spiritus in Apostolis, & eorum successori-

I 2 bus

E P I S T . I.

bus prædicat hominibus, quorum pleriq; prædicato verbo non obtemperant, pauci verò obtemperant. Verùm vt illi non Euangelio obtemperantes, olim in diluvio suorum peccatorum absordebantur: Ita hi pauci, qui verbo Euangeli credunt, salubuntur per Baptisma, quod est bonæ conscientiæ cum Deo stipulatio, confirmata per resurrectionem Iesu Christi, cui omnia subiecta sunt. Cum igitur tristissimus sit futurus exitus impiorum, & fœlicissimus piorum, sanctè & piè vivendum est, & cauendum est, ne propter præsentis crucis acerbitudinem abiçiamus confessionem, aut languidiores reddamur ad benefacendum. Hactenus simplicissimè argumentum Petri recitauimus, singula singulis conferendo, vt à quovis argumenti uis & ratio intelligi possit. Hanc interpretationem nostram facile probabit is, qui scopum Apostoli, & argumentorum seriem diligentius examinauerit, & perpenderit. Verùm ne quid coactum videatur in nostra explicatione, verba Apostoli particulatim perpendamus.

In quo etiam, scilicet, spiritu. Spíritum híc non significare animam Christi, sed Christi diuinitatem, ex superiori ver-

su ap-

D. PETRI.

suus appetet. Loquitur enim de eo spiritu, quo Christus excitatus est ex mortuis, quem Paulus 2. Corinth. 13. potentiam Dei definit. Quod autem hoc spiritu Christus ante assumtam humanam naturam adfuerit sanctis Prophetis & prædicauerit, ipse Petrus testis est, qui suprà in primo capite Christi spiratum testatur prænunciasse Christi passionem, & consecuturam gloriam. Cum ergo Christus spiritu profectus dicitur, & prædicasse immorigeris, nequam potest intelligi de corpore aut anima Christi. Nam carni, id est, humanæ naturæ, opponit spiritum, id est, diuinam naturam seu Spiritum sanctum, qui spiritus Christi & Dei dicitur. Neque offendere potest, quod dicatur profectus esse spiritus Christi, quod non videtur conuenire diuinæ naturæ, quæ ubique præsens est. Est enim usitata scripturæ phrasis, tribuere Deo membra, actiones humanas & affectus, ut ista ratione consulatur infirmitati ac captui nostro. Hinc est, quod nunc dicatur ascendere, nunc descendere, nunc aduenire, nunc recedere, visitare &c. Hanc figuram vocant theologi ἀνθρωποπάθεια, qua Deo tribuuntur similitudine quadam humanæ affectiones & actiones. Sed qui-

I 3 bus

E P I S T . I.

bus profectus prædicauit ille Christi spíritus; τοῖς δὲ Εἰλακῆ πνεύμασι, hoc est, ijs qui sunt in carcere, spíritibus. Qui autem vertunt, ijs, qui erant in carcere, ac si iam ibi non essent, vim faciunt verbis Petri, & eorum sententia in ipso textu refellitur. Nam Petrus aperte affírmāt, eos fuisse immorigeros prædicationi spiritus Christi. Quarè eos manere in carcere manifestum est, iuxta hoc Christi dictum: Qui non credit, ira Dei manet super eum. Deinde, anthitesis temporis obseruanda est in his duobus membris, τοῖς δὲ Εἰλακῆ, ἀπειθήσασι ποτε, Ac si dicat Apostolus, ijs prædicauit, qui olim fuerunt inobedientes, & nunc sunt in carcere, quantum ad animas attinet. Sed cur non dicit Petrus, spíritum Christi prædicasse homínibus? Quia Petrus sui seculi respectu loquitur, quando impiorum corpora putrefacta furerunt, sed spíritus, hoc est, animæ in carcere tenebrarum detinebantur, vbi pœnas suæ contumaciae luunt. Commodius igitur Apostolus spíritus dixit, quām homines, ut proposita pœna, quam luunt spíritus impiorum, ad resipiscientiam homines inuitet.

Cum semel expectauit Dei patientia  
in

in die  
Quid  
afsigna  
prædica  
natur, c  
pñ mu  
tum &  
habetu  
nem spí  
tiam, in  
Christi p  
sunt libe  
dens arg  
sequens.

Cu  
etiam r  
luuñ, i  
pulmi i  
etiam ne  
Christi n  
admodu  
quatio B  
ministe  
lus ait,  
var,  
docet  
tione  
di me

D. PETRI.

in diebus Noë, dum appararetur Arca; Quid quæso clarius esse potest hac temporis assignatione, quo spiritus Christi dicitur prædicasse in origine? Tepus Noë nominatur, quādo patientia Dei expectauit impñ mundi resipiscientiam annos ferè centum & viginti, quemadmodum Genes. 6. habetur. Quicunq; autem ad prædicacionem spiritus Christi non egerunt poenitentiam, in diluvio perierunt, & qui spiritui Christi prædicanti crediderunt, per arcam sunt liberati à diluvio. Huc vscq; antecedens argumenti extenditur, sequitur consequens.

Cui nunc correspondens exemplar etiam nos saluat baptisma. Aquam diluij, in quo ferebatur Arca, figuram Baptismi fuisse pronunciat, qui Baptismus etiam nos hodie saluat, quando spiritui Christi nobis prædicanti credimus, quemadmodum Noë fecit. Sed quomodo quæso Baptismus saluat? Christus saluat, minister verbi rectè docens saluat, ut Paulus ait, scribens Timotheo, Baptismus saluat, quemadmodum hic Petrus aperte docet, haec stare non possunt sine implicazione contradictionis, nisi diuersos saluandi modos intelligamus, Christus proinde

I 4 solus

E P I S T . I.

solus saluat, ut salutis autor & mediator,  
qui soluit λύτρον pro nobis, placat iram  
Dei, remittit peccatum, imputat credenti  
suam iusticiam, & acceptat eum ad vitam  
æternam. Hunc saluandi modum vel  
ministro verbi tribuere, vel baptismati,  
summa est in filium Dei contumelia.  
Quomodo igitur saluat minister, ut salutis  
viam monstrans, non salutis autor aut  
effectus. Ab hoc saluandi modo differt  
etiam baptismus. Nam baptismus saluat,  
ut pacti & fœderis Dei de salute hominis  
obligatio & applicatio. Hæc tria uno  
uersu ad Ephes. 5. coniunguntur, vbi ita ait  
Apostolus: Christus dilexit Ecclesiam, &  
seipsum tradidit pro ea, ut eam sanctifica-  
ret, purgans lauacro aquæ per verbum.  
Hic Christo, lauacro aquæ, & verbo tri-  
buitur purgatio & sanctificatio, id est, ipsa  
salus, Christo ut autori, lauacro aquæ ut  
efficaci testimonio fœderis de salute, &  
verbo, quo promissio salutis offertur, fide  
accipienda, quæ fides etiam saluare dicitur,  
ut instrumentum recipiens oblatam  
gratiam & salutem. Quod autem relati-  
uum cui, ad aquam referto, & non ad ar-  
cam, cogit græca lectio, quæ iuxta emen-  
datiora exemplaria sic habet, ἐν ἀντίποτη

C

reliam  
quod t  
habet  
figuram  
rem, ut  
se currit  
cat ipse  
ram, sed  
dam seu  
pulsmi ag  
tus est Ne  
aqua per  
te arca, it  
sed med  
Porro,  
quam i  
intendat  
baptismi  
nem. Pri  
elle sordi  
poris) d  
est, non  
externa  
rent, al  
esse sti  
Deo, p  
definit

D. P E T R I.

Εν μάρτιος οὐδέποτε. Si enim ad arcam debuisset referri, dixisset ἐν τίτυπον ( propriissimè quod typo respondet;) In scriptura duo habet significata, ad Hebreos 9. significat figuram, imagine sua aliquid præsignantem, ut cum dicitur, sancta manufacta fuisse τύπον της verorum. At hoc loco significat ipsam veritatem, prius typo figuratum, sed respondentem similitudine quadam seu analogia typo seu figuræ, ut baptismi aqua respondet aquæ, in qua salutatus est Noë in arca. Quemadmodum enim aqua per se non saluauit Noë, sed mediante arca, ita aqua Baptismi per se non saluat, sed mediante arca, hoc est, Christo Iesu. Porro, ne quis in elementum aquæ, tanquam salutis causam efficacem, animum intendat, addit Apostolus definitionem baptismi per abnegationem & affirmacionem. Primum enim dicit, baptismum non esse sordium carnis ( hoc est, humani corporis ) depositionem seu ablutionem, hoc est, non esse destinatum baptismum, ut eo externæ sordes, quæ in hominis carne hærent, abluantur. Deinde definit baptismum esse stipulationem bonæ conscientiæ cum Deo, per resurrectionem Iesu Christi. Hæc definitio, ut recte intelligatur, sacramento-

I S      rum

E P I S T . I.

rum ratio excutienda est, quod ut facilius  
fiat, proponam circumcisio[n]em, quam o-  
mnes fatentur sacrametum esse, in cuius lo-  
cum successit bapt[is]mus. Dominus Abra-  
hamo fecit hanc promissionem: Ego ero  
Deus tuus, & seminis tui post te in semp[er]  
ternum, hoc est, Ego te & semen tuum in  
gratiā recipio. Requirit deinde ab Abra-  
hamo Dominus promissionis fidem &  
obedientiam, cum ait; Ambula coram me,  
& esto perfectus, id est ( obtempera mihi,  
quod & fecit Abraham, paratus ad ma-  
ctandum filium. ) Hæc ergo se mutuò re-  
spiciunt, promissio & fides promissionis, à  
qua obedientia separari nequit. Sunt au-  
tem hæc duo veluti pactio mutua inter se  
stipulantium, Dei scilicet promittentis gra-  
tiam, & Abrahami credentis promissio[n]i.  
Ad huius pacti ratificationem & obsigna-  
tionem mandatur circumcisio, quæ pro-  
ptereà dicebatur signum fœderis à Mose,  
à Paulo verò σφραγίς, id est, signaculum  
iusticiæ fidei. Huius fœderis testimonio  
conscientia Abrahami certificabatur, qua-  
si autentico quodam sigillo, de gratia &  
fauore Dei erga se. Ex his concluditur,  
quod quatuor requirantur ad integrum  
rationem sacramenti, videlicet promissio,  
fides respondens promissio[n]i, mandatum

Dei,

Dei  
cum  
com  
ago d  
zoner  
fit pr  
respo  
tis off  
fide q  
tificatu  
tum, q  
moniui  
conficie  
Deum  
resurr  
mā &  
uoce  
comp  
ortū el  
smi sti  
interre  
respor  
sacra  
titud  
smi  
Filij  
pul  
ipse.  
Vera

D. P E T R I.

Dei, & externa actio seu signum symbolicum. Hæc cum ad Petri definitionem accommodantur, erit multò planior. Cum ergo dicit Petrus, baptismum esse stipulationem, id est, solennem pactionem, quæ fit præcedente interrogatione & sequente responsione, significat promissionem salutis offerri in Baptismo, quam cum homo fide apprehendit, rata est pactio, quæ certificatur per baptisma diuinitus institutum, quod baptisma huius pactionis testimonium & sigillum est, adeo ut hominis conscientia iam tranquilla reddatur apud Deum, quem sibi reconciliatum statuit per resurrectionem Iesu Christi, id est, per victimam & obedientiam Christi, nā resurrectionis uoce σωευδοχικως tota Christi obedientia comprehenditur. Ex hac definitione Petri ortū esse existimo, qđ in celebratione baptismi stipulandi forma seruetur. Nam facta interrogatione ad baptizandum, & data responsione à testib. baptismi, conferebatur sacramentū baptismus in promissionis certitudinem. Nam cum dicit minister baptismi : Ego baptizo te in nomine Patris, & Filij & Spiritus sancti, amen, sensus est : stipulatio est inter æternum Deum & te, vt ipse sit Deus tuus, & tu vicissim in illum vera fide recumbas. Hac igitur mersione stipu-

E P I S T . I.

stipulationis mutuae ob signaculo testificor  
& pronuncio, te à Deo propter Filium re-  
ceptum esse, ut spiritu eius sanctificeris ad  
vitam æternam.

Porrò, vt & pios consoletur, & im-  
pijs, non agentibus pœnitentiam, terro-  
rem incutiat, subiungit: Qui ( Christus )  
est in dextra Dei, hoc est, æqualis Deo pa-  
tri, profectus in cœlum, subiectis sibi an-  
gelis, potestatibus & virtutibus. Hic  
omnia Christo subiicit, vt significet ipsum  
posse quos vult tueri saluareç, & posse  
quos vult perdere. Qui, vt vult semper  
seruare credentes spiriti suo in prædica-  
tione Euangeli: Ita contumaces vult sup-  
plicijs æternis punire. Quod autem inter-  
ponit hic vetus interpres; Digrutiens mor-  
tem, vt vitæ æternæ hæredes efficiamur.  
Et si nunc in græcis codicibus non est scri-  
ptum, tamen minimè ociosum videtur.  
Significatur enim his verbis, virtus resur-  
rectionis, quæ est resurrectio credentium  
ad immortalem & beatam vitam, quam  
Apostolus vult nos intueri, vt  
eius cogitatione retineamur in officio.

QVAR-

Q

SV

QV  
ne  
viant C  
dam cru  
Christian

ORI

DArte  
& vt  
Apololi  
conversi  
nibus, i  
tempus  
patient  
mentis  
malefi  
Christ  
tes,

L

paculo testificor  
opter Filium re  
s sanctificeris ad

D. PETRI.

# QVARTVM CAPVT.

## S V M M A Q V A R T I C A P I T I S.

**Q**uemadmodum ad mortificatio-  
nem carnis, ut pie & in dilectione  
vivant Christiani: Ita ad patienter feren-  
dam crucem, modo ne ut malefici, sed ut  
Christiani patientur, hortatur Apostolus.

## ORDO ET PARTES CĀ- P I T I S Q V A R T I.

**P**artes huius cap: principales duæ sunt,  
& vtracq; parænetica. In priori hortatur  
Apostolus ad mortificationem carnis, ut  
conuersi, renunciatis Ethnicis turpitudi-  
nibus, in pietate & caritate reliquum vitæ  
tempus degant. In posteriori hortatur ad  
patientiam sub cruce, idq; multis argu-  
mentis, iubetq; ut conuersi caueant, ne ut  
malefici fures & latrones patientur, sed ut  
Christiani, spe futuræ gloriæ se erigen-  
tes.

EXE-

11

EPIST. I.  
EXEGESIS QVARTI  
CAPITIS, CVM OBSERVA-  
tione doctrinarum.

Cum igitur Christus passus  
sit carne, uos etiam eadem cogi-  
tatione armemini.

Dixit Apostolus in superiori capite,  
Christum mortificatum esse carne, & viui-  
ficatum spiritu: Nunc inde infert & ex-  
truit præsentem exhortationem, sumto ar-  
gumento non solùm ab exemplo Christi,  
verum etiam à virtute mortis Christi.  
Virtus enim mortis Christi est, quæ facit  
ut nos quoq; moriamur peccato, id quod  
symbolo baptismi significatur, quemad-  
modum Paulus eleganter docet Rom: 6.  
vbi ita ait: An ignoratis, quòd quicunq;  
baptizati sumus in Christum Iesum, in  
mortem eius baptizati sumus? Vnà ergo  
sepulti sumus cum illo, per baptismum in  
mortem, vt quemadmodum Christus ex-  
citatus est à mortuis per gloriam Patris: sic  
& nos in nouitate vitæ ambulemus. Ar-  
mari eadem cogitatione, est induere ean-  
dem cogitationem, vt, quemadmodum  
Christus est passus carne, id est in humana  
natura,

naturæ  
etiam c  
temnatur  
Notetur  
str, quæ  
cifatur  
bis in b  
in omni  
Christus  
bitat, ad

Quæ  
carne, c  
amplius  
num,  
reliquia  
uiuat,

Rati-  
effectu m  
hic mor-  
to, itav-  
cupidit  
sed por-  
Passio-  
tum,

In

D. PETRI.

natura, quæ constat anima & corpore: Ita etiam carnem vestram, hoc est, viciositatem naturæ mortificare & abolere debetis. Notetur hoc loco, quod mortificatio nostri, quæ in vera poenitentia sita est, proficitur ex virtute mortis Christi, quæ nobis in baptismo obsignatur, & est efficax in omnibus ihs, qui fidem habent. Nam Christus per fidem in cordibus nostris habitat, ad Ephes. 3.

Quoniam qui passus est in carne, destitit à peccato, ut non amplius cupiditatibus hominum, sed uoluntati Dei, quod reliquum est temporis in carne, uiuat.

Ratio exhortationis à definitione, seu effectu mortificationis. Definitur enim hic mortificatio, quod sit cessatio à peccato, ita ut homo non amplius uiuat iuxta cupiditates hominum non conuersorum, sed potius ex præscripto voluntatis Dei. Passio enim carnis, est abolitio cupiditatum.

In Carnis vocabulo figura est antanaclasis.

E P I S T . I.

clafis. Priori enim loco pro vicioſitate na-  
turæ accipitur, in posteriori pro præſen-  
tis, & infirmæ huius vitæ conditione &  
ſtatu.

Porrò, quia vocabulum carnis ſæpe  
in ſcriptura occurrit, & non ſemper eadem  
ſignificatione, placet hoc loco eius varia  
ſignificata recenſere.

Caro itaq; bifariam in ſcriptura acci-  
pitur. Aliâs enim propriè, aliâs figuratè  
ponitur. Propriè, caro eſt maſſa carnea ſeu  
ſubſtantia, vt cum Paulus dicit: alia caro  
piſcium, alia volucrum. Item cum dicitur:  
Homo conſtat carne & anima. Figuratè,  
idq; nunc per Syncedochen, & ſignificat  
hominem plerumq;, vt cum dicitur: Om-  
nis caro corruperat viam ſuam, & inter-  
dum quoduis animal, vt in hoc dicto:  
Finis vniuersæ carnis venit coram me. Ve-  
rūm cum Christi fit mentio, vt in hoc loco  
Petri, & in tertio capite, ſignificat naturam  
humanam, quæ conſtat anima & corpore.  
Nunc per Metonymiam, idq; tripliciter.  
Primum enim vicioſitatem naturæ huma-  
næ ſignificat, ſeu quicquid eſt in homine  
ſine regenerationis gratia, vt in his dictis  
Iohan.3. Quod natum eſt ex carne, caro eſt,  
Roman. 8. Si vixeritis ſecundum carnem,  
morie-

moria  
non pa  
namen  
illo dict  
nem, 1  
ſtatum 1  
nunc v  
filium 1  
eft temp  
gnyficiati  
nam signi

Sat  
teacto  
tem  
laſciu  
lentij  
tionibi  
ambul  
Ati  
collatio  
mines  
Vosa  
fto no  
cer, vi  
merat

I.

O vicioſitate na-  
iori pro praefe-  
tæ conditione &  
alum carniſ ſape  
ion ſemper eadem  
c loco eius vita

in ſcriptura ac-  
ri, aliâs figurat  
et maſſa carnea fu-  
is dicit; alia can-  
Item cum dicitur.  
& anima. Figurate-  
lochen, & significa-  
ut cum dicitur; On-  
iam ſuam, & ina-  
ut in hoc dico  
nit coram me. Ve-  
tio, ut in hoc loco  
ignificat naturam  
anima & corporo  
i, idq; tripliciter,  
em naturæ huma-  
uid eft in homine  
a, ut in his dicitis  
ex carne, caro eft,  
cundum carnem,  
morie-

D. P E T R I.

moriemini, Caro & ſanguis regnum Dei  
non poſſidebunt. Deinde, notat exte-  
nam rerum ſpeciem, ſeu apparentiam, vt in  
illo dicto: Vos iudicatis ſecundum car-  
nem. Tertiò, ſignificat conditionem, &  
ſtatutum huius vitæ. Galat: 2. Quòd autem  
nunc viuo in carne, in fide viuo, quæ eſt in  
filium Dei. Item, hoc loco: Quod reliquum  
eſt temporis in carne. His animaduerſis ſi-  
gnificatiſ, facile eſt animaduertere quod-  
nam ſignificatum hoc in loco congruat.

Sat enim eſt nobis, quòd an-  
teacto uitæ tempore, uolunta-  
tem gentium patrauerimus in  
laſciujs, concupiſcentijs, uino-  
lentijs, comelationibus, pota-  
tionibus & nefarijs idolatrijs  
ambulantes.

Aetiologia eſt à vitæ genere sumta, per  
collationem. Gentes, id eſt, non renati ho-  
mînes feruntur, quòd mala libido ſuaderet.  
Vos autem renunciaſtis gentibus, & Chri-  
ſto nomina dediſtis. Ergo poſthac non de-  
cer, ut gentium vičijs polluamini. Enu-  
merat autem Apostolus quædam carniſ

K mem-

E P I S T . I.

membra exempli gratia, quæ omnia carnis  
nomine suprà intellexit Apostolus.

Lasciuia ἀσέλγεα, facit ut deposito o-  
mni pudore, homo se totum omni incon-  
tiæ & libidini prostituat, indeq; summam  
voluptatem capiat.

Vinolentia, οινοφλυγία, est continua  
ebrietas seu eructatio, ex assiduo & immo-  
dico vini usu, qua laborant, qui perpetuis  
heluationibus indulgent.

Comessatio, κῶμος. Propriè κῶμος  
dicebatur Deus præses nocturnorum con-  
uiuorum, & saltationum lasciuarum. Vn-  
de metonymicè significat conuiuum lasci-  
uum, petulans & immoderatum. Ab hac  
græca voce ortum est latinum vocabu-  
lum, comessari, id est, lasciva conuiua &  
nocturnas saltationes exercere, & comessa-  
tio nequitia & intemperantia exercita-  
tio.

Potatio πότης græcè, certamen po-  
tandi notat. Cum hæc vitia gentium esse  
Petrus pronunciat, satis ostendit, quod qui  
illis indulgeant, nondum sunt in familia  
Christi, nisi solo nomine. Nulla in illis  
virtus mortis Christi appetit, nullum im-  
perium spiritus, imò toti imperio carnis se  
submittunt, in quorū numero utinam non  
essent

D. P E T R I.

essent pleriq; illorum, qui alij̄s sobrietatis  
& continentiae regula esse deberent.

In quo peregrinantur, quod  
non concurratis uos in eandem  
luxus profusionem, blaspheman-  
tes, qui reddent rationem ei, qui  
paratus est iudicare viuos &  
mortuos.

Amplificatio est impietatis gentium,  
& indicatio poenae, quam olim sustine-  
bunt prophane gentes, contemnentes Eu-  
angelium. Impietas quidem maxima est,  
quod postquam imp̄i vident renatos pri-  
stinae impietati, in cuius profusionem an-  
teā cum gentibus prouerant, renunciasse,  
tanquam peregrini, ut qui aliquid anteā  
non visum contemplantur, admirantur, &  
simil de ijs malē loquuntur, varias oblo-  
quendi vias excogitantes, adeo nemo vel  
inculpatissimae vitæ à Sicophantarum  
morsibus immunis esse potest. Poenae in-  
dicatio est, quod prophane gentes reddi-  
turæ sint rationem ei, qui paratus est iudi-  
care viuos & mortuos. Viuos vocat, ut in  
symbolo Apostolico, eos quos viuos ad-

K 2      huc

E P I S T . I.

huc Dominus ad iudicandum veniens, reperiet. Mortuos verò, qui anteà mortui erant, sed tunc viui coram tribunali Christi apparebunt. Tametsi enim, qui in aduentu Domini adhuc erunt superstites, in momento commutabuntur, & induent immortalitatem, non tamen mori dici possunt, propterea quòd animæ à corporibus non decadent.

Verbum peregrinandi, per Metalepsin ponitur, pro eo quod peregrinantibus in alienis regnis accidere solet. Ut enim illi pallacia, arces, portus, monumēta, aliaque non prius visa contemplantes, quasi res sibi insolens acciderit, admirantur: Ita prophanae gentes subitam admirabantur mutationem vītæ eorum, qui ad Christum conuersi erant. Anteà enim nefarias idolatrias cum gentibus habuerunt communes, nunc verò easdem detestantur, & extremè abominantur. Anteà habuerunt ipsos socios omnis lasciuiae & nequitiae, nunc eosdem vident omnem lasciuiam & nequitiam auersari. Hanc cum vident subitam mutationē, tanquam in alienis regnis peregrinantes, admirantur abditis conuitijs, quibus virtuti vīti laruam induunt. Proinde atq; nostro tempore fieri solet.

solet  
verba  
alluer  
detur,  
honest  
nos sci  
ri, qu  
Voca  
em, se  
Paulus  
str, Iter  
autem l  
ambula

N  
est p  
iudi  
hom  
secun  
D  
eius i  
quòd  
dica  
huc  
dit  
com  
tur, i

D. P E T R I.

solet. Qui enim verè ad Dominum conuersus, à crassioribus uitj abstinet, quibus assuetus fuit olim, à veteribus socijs deridetur, & contemnitur, tanquam indignus honestorum hominum societate. Verùm nos sciamus eos frustrà de religione gloriari, quicunq; vitam in melius non mutant. Vocati enim sumus non ad immundiciem, sed ad sanctificationem. Hæc, inquit Paulus, est voluntas Dei, sanctificatio vestri. Item, Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino, tanquam filij lucis ambulate.

Nam, idcirco mortuis quoq; est prædicatum Euangeliū, ut iudicentur quidem secundum homines in carne, uiuant autem secundum Deum in spiritu.

Dixit iudicandos esse mortuos, nunc eius iudicij rationem reddit, videlicet, quod non habeant quod obtendant. Prædicatum enim ipsis Euangeliū, dum adhuc viuerent, non omnes receperunt. Addit finem prædicati Euangeliū, quem accommodat suo proposito; vt damnarentur, inquit, secundum homines, Carne, hoc

K 3 est,

E P I S T . I.

est, ut mortificaretur vetus homo in ipsis,  
& aboleretur corpus peccati, et uiuerent se-  
cundum Deum spiritu, hoc est, ut nouam  
vitam renunciantes vitijs, meditarentur.  
Hunc esse sensum huius loci, ipse contextus  
& scopus disputationis conuincit. Quod  
autem mortuis prædicatum fuisse Euangeli-  
um dicit, intelligendum est respectu  
temporis, quo Petrus haec scripsit, quando  
mortui erant, quibus olim prædicatum  
fuit Euangelium.

Omnium autem finis immi-  
net.

Argumentum à temporis circumstan-  
tia ductum, quasi dicat: Cum prudentis  
sit, non tantum ea videre quæ ante pedes  
sunt, verum etiam ea quæ futura sunt pro-  
spicere, decet profectò, ut qui iudicis iram  
euadere volunt, mature resipiscant, præser-  
tim, cum dies iudicij sit præ foribus. Hu-  
ius proinde temporis seu finis cogitatio,  
meritò in officio nos retinere deberet. Ex  
hoc enim fine sæpiissimè à Prophetis suafor-  
ria ducuntur argumenta. Ecclesiast;ii. Sanè  
si annis multis vixerit homo, & in omni-  
bus illis lætatus fuerit, meminisse debet te-  
nebro-

nebro  
quia  
teria  
ribus  
aternu  
qui im  
elle, vt  
in bon  
aduerfi  
prospec  
mortalit  
particip  
hoc est,  
vñq ad  
eo fin  
finem  
videb  
gation  
comple  
habitan  
seculon

S  
tes

Apo  
tevi

D. P E T R I.

nebroſi temporis, & dierum multorum,  
quia cum venerit vanitatis, arguentur pre-  
terita. Et Iesuſ Syrach: In omnibus ope-  
ribus tuis memorare nouissima tua, & in  
æternum non peccabis. Debet itaq; finis,  
qui imminet, perpetuò nobis in conspectu  
esse, vt nos à peccato reuocet, metu pœnæ:  
in bono detineat, spe promissionum: in  
aduersis soletur, cogitatione gloriæ: in  
prosperis humiliet, cogitatione beatæ im-  
mortalitatis, cuius illi solummodo erunt  
participes, qui in timore Dei perseverant,  
hoc est, qui fidem & bonam conscientiam  
vscq; ad finem retinent. Qui enim iſto pa-  
cto finem vitæ fecerint, habebunt Deum  
finem desideriorum suorum, qui sine fine  
videbitur, sine fastidio amabitur, sine fati-  
gatione laudabitur. Atq; tum demum  
complebitur canticum illud: Beati, qui  
habitant in domo tua Domine, in secula  
seculorum laudabunt te.

Sitis ergo sobrij, & uigilan-  
tes ad orandum.

Ex fine prædicati Euangelij infert  
Apostolus paræneses quasdam de nouita-  
te vitæ, & ostendit quibus in rebus viuifi-  
catio

K 4

11

E P I S T . I.

catio, quæ est altera significationis pars, sita est. Nam de mortificatione priore sanctificationis parte à principio capitî huc usq; actum est. Quarè, hic oportunè de viuificatione agit, quæ ex aduerso respondeat mortificationi. Quantum enim vetus homo mortificatur, tantum nouus viuiscatur & crescit. Coniungit autem hîc Apostolus tria, Sobrietatem, Vigilantiam, & Orationem. Sobrietas, si græcæ vocis vim respicis, ad mentem refertur, & vt Plato docet, opponitur μανία. Est enim prudentiæ quædam conseruatrix, quæ sita est in mentis, affectuum & volūtatis harmonia. Vigilantia, iuxta ἐπιμόρφωσιν græcum, opponitur ebrietati, & est corporis sobrietas, vide licet, cum corda non grauentur crapula & ebrietate. Requirit igitur Apostolus ad orationem cùm mentis, tûm corporis sobrietatem. Orationis vocabulo intellige quatuor illas formas, quas Paulus enumerauit 1. Timoth:z.

Ante omnia uero caritatem, alij in alios, propensam habentes. Nam caritas operit multitudinem peccatorum.

Vt

VI:  
Deum regis caritatis debemus ras, quænis, cùm aut regit, mutuoruuntur ad faciunt ve hic Petrus catius corar vim tegen sed de horum lap gunt, & nam vita & Petri, dictum in odium & contrarie ait: Odium licta oper caritas degendo; non aug & carita lapidis fr

I.

D. P E T R I.

Vt ad orationem & pietatem erga  
Deum requiritur cum mentis cum corpo-  
ris castitas: Ita officiorum quae proximis  
debemus fundamentum & caput est cari-  
tas, quae est vinculum pacis & perfectio-  
nis, cum quia errata fratrum aut corrigit  
aut tegit, cum quia officiorum effectrix est  
mutuorum. Papistæ, qui hoc loco abu-  
tuntur ad stabilienda merita operum, vim  
faciunt verbis Petri. Non enim loquitur  
hic Petrus deabolendis seu tegendis pec-  
catis coram Deo, quasi hominis caritas  
vim tegendi peccata coram Deo haberet:  
sed de hominibus agit, qui incidentes fra-  
trum lapsus, & errata per caritatem te-  
gunt, & non traducunt calumniosè alie-  
nam vitam. Hunc esse verum sensum di-  
cti Petri, apparet ex Salomone, unde hoc  
dictum mutuatus est Apostolus. Nam ibi  
odium & caritas opponuntur, ut causæ  
contrariæ in contrarijs effectibus. Ita enim  
ait: Odium suscitat rixas, & vniuersa de-  
licta operit caritas. Sed quomodo operit  
caritas delicta? Non defendendo, sed te-  
gendo: non approbando, sed occultando:  
non augendo, sed curando. Breuiter, fides  
& caritas, quomodo agendum sit cum  
lapsis fratribus, satis docere possunt. Fides

K S auertit

Vt

E P I S T . I.

auertit contumeliam Dei, caritas quærit  
salutem proximi.

Hospitales estote alij erga  
aliōs, sine murmurationibus.

Effecta quædam caritatis recitat, ac  
primo loco ponit hospitalitatem οὐλοξενί-  
αμ, quæ propriè est humanitas, qua aman-  
ter peregrinos complectimur. Ab hac vult  
abesse murmurationem, vt quæ cum vera  
caritate pugnet.

Porrò, cum hic locus hospitalitatem  
nobis commendat, non erit inutile huc as-  
scribere, quid sit de hospitalitate sentien-  
dum. Rectè numerantur quatuor hospita-  
litatis genera, quorum Primum pompo-  
sum & splendidum est. Secundum, sordi-  
dum & auarum. Tertium, ciuile & ἡθικὸν.  
Quartum, Christianum & sanctum.

Pomposum & splendidum est, de quo  
Cicero in officijs loquitur in hunc mo-  
dum: Rectè à Theophrasto laudata est  
hospitalitas. Est enim valde decorum pa-  
ttere domos hominum illustrium, hospiti-  
bus illustribus. Hoc genus hospitalitatis  
Lactantius testatur detortum esse à vera iu-  
sticia, & raptum ad propriū commodū.

Sor-

Sordid  
peregrinos  
non tam sp  
niem quā  
pruri, si nu  
tem hospi  
vicio con  
necessariū  
auaritia, tā  
pollunt.  
Ciuiile &  
& idioξενία  
qua aliae ge  
excipiunt,  
interpositu  
nusquam i  
tim in Leg  
norum & v  
humaniter e  
derā interpo  
priuati se in  
ciitiam, qua  
hæc idioξe  
cum ait, &  
τά πέπλα  
amanter t  
tere. Qu  
hæc idioξe

D. PETRI.

Sordidum & auarum est eorum, qui peregrinos quidem excipiunt hospitio, non tam spectantes peregrinorum necessitatem quam proprium lucrum, non accepturi, si nulla spes lucri appareret. Etsi autem hospitalitatis hoc genus, hominum vicio contaminatur, tamen omnino est necessarium. Nam tametsi huius causa est auaritia, tamen peregrini eo carere non possunt.

Civile & ιθικό διuiditur in προξενία & ιδιοξενία. προξενία est ea hospitalitas, qua aliæ gentes seu populi alios hospitio excipiunt, propter amicitiam seu foedus interpositum. Huiusmodi hospitalitas nusquam non locorum visitata est, praesertim in Legatis excipiendis. Sic Galli Danorum & vicissim Dani Gallorum legatos humaniter excipiunt, & amicè propter foedera interposita, tractant. ιδιοξενία est, qua priuati se inuicem excipiunt propter amicitiam, quæ inter eos est. Qualis autem hæc ιδιοξενία esse debeat, docet Homerus cum ait, ξενος παρεόντα οὐλέης, ενέλοντά πεμπει. Id est, Oportet hospitem amanter tractare, volentem autem dimittere. Quam autem diu sit grata à vulgo hæc ιδιοξενία, ostendit Euripides in Hercule,

E P I S T . I.

εὐλε, cum ait: ὡς τὰ ξένωμ πρόσωπα φεύγοσι Θίλοι, ἐν ἡμαρθρώματα ἔχει φασὶ μόνοι.

Christianum & sanctum hospitalitatis genus est, quo Christiani peregrinos sanctos ex caritate excipiunt, eosq; benignè & amanter communis religionis gratia complectuntur & fouent, tanquam membra Christi. In hoc hospitalitatis genere spectentur causæ, partes, præmia sanctæ hospitalitatis, & poenæ contemtus sanctorum hospitum.

Causæ sunt præcipuae quatuor. Prima, mandatum Dei, cui omnes creature obtemperare par est. Præceptum enim dilectionis hospitalitatem, ut partem in se continet. Petrus hoc loco, dictante Spiritu sancto, hortatur nos, ut amanter complectamur hospites, eosq; humaniter foueamus. Epistola ad Hebræos capite 13. dicit, Hospitalitatis ne sitis immemores. Secunda, est mutua caritas, qua Christiani omnes sibi inuicem deuincti sunt. Hæc caritas cum proficiscatur ex fide sincera, bona conscientia & puro corde, non potest aliud quam sanctos pauperes & exules amanter complecti & humaniter fouere. Hinc est, quod sanctæ viduæ, quæ sanctos hospitio exce-

excepimus  
gnatadic  
necessari  
Tertia est  
Nam cun  
sepe suis  
mutua rei  
Deum tunc  
in Ecclesia  
polliceri ha  
num, Nam  
& alij alias i  
dine sacer  
terdum, q  
latoribus  
causam t  
fam aduer  
fit, ut pñ d  
tur veritate  
seris vxoris  
querere ha  
muncum  
stolis Dom  
omnes pñ  
focillanda  
membrui  
ceret, si o  
sunt facis

D. P E T R I.

exceperunt, & eorum pedes lauerunt, dignæ iudicentur, vt recipiantur, & in suis necessitatibus alantur sumtibus Ecclesiæ. Tertia est conditio communis sanctorum. Nam cum sancti peregrini in hoc mundo sæpe suis pelluntur sedibus, opus habent mutua refocillatione. Nemo est, qui statuit Deum timere, præsertim si munus docendi in Ecclesia sustineat, qui certum potest sibi polliceri hospitium ad vitæ suæ terminum. Nam príncipes mutantur ut aura, & alijs alias religiones sectantur, & pro libidine sæpe religiones mutant. Fit etiam interdum, quod pīj alioqui príncipes ab adulatoribus & sophistis decipientur, vt piā causam tanquam impiam & contumeliosam aduersus Deum, persequantur. Vnde fit, vt pīj doctores & alijs, qui cordatè tuentur veritatem, cogantur exulare cum misericordiis vxoribus & teneris pueris, noua sibi querere hospitia, id quod habent commune cum sanctis Dei Prophetis, & Apostolis Domini. Quarta est necessitas, qua omnes pīj obstricti sunt ad fouenda & refocillanda membra Christi. Nam qui membrum Christi reñcit, quid Christo faceret, si coram consiperetur? Hæ causæ sunt satis graues, quæ nos ad humaniter

excusando

E P I S T . I.

excipiendos sanctos inuitabunt, modo iure de Christiano nomine gaudere velimus.

Partes hospitalitatis, seu partes officij eorum, qui sanctos hospitio excipiunt, ex 18. & 19. capitibus Genesios, colligam. Domine, ait Abraham Genes. 18. si inueni gratiam in oculis tuis, ne transeas a seruo tuo, sed afferam pusillum aquae & lauentur pedes vestri, & requiescite sub arbore, ponamque buccellam panis, & confortetur cor vestrum, poste a transibitis. Et capite 19. Genes: Et obuiam iuit ihs ( scilicet Lot ) & dixit, Obsecro domini, declinate in domum serui vestri, & manete ibi, lauate pedes vestros, & mane consurgetis & proficisci emini in viam vestram. Vt terque, hoc est, & Abraham & Lot, suo facto docent tres partes esse officij p[re]i hospitii. Quarum Prima est, benigna & amica inuitatio peregrinorum. Secunda, humana tractatio & resocillatio defatigatorum itineris molestia. Tertia, pacifica dimissio hospitium, cum fausta imprecatione.

Præmia sanctæ hospitalitatis, hoc est, eorum qui ex vera pietate peregrinos fount, hospitio exceptos, Matth: 10. Qui cuncti iustum receperit, nomine iusti, mercedem

D. PETRI.

cedem iusti accipiet. Psalm. 40. Beatus, qui intelligit super egenum & pauperem, in die malo liberabit eum Dominus. Ambrosius: Tanta est apud Deum hospitalitatis gratia, ut ne potus quidem aquæ frigidæ à præmij remunerationis sit immunis. Vides quod Abraham Deum recepit hospitio, dum hospites queruntur? Vides quod Lot angelos receperit: vnde scis tu cum recuperis hominem, suscipias Christum. Licet in hospite Christus sit, quia Christus in paupere est, sicut ipse ait: Hospes fui, & collegisti me. Loth hospitum beneficio liberatur ab incendio Sodomæ. Raab cum suis parcitur, eo quod hospites pie tractauerit & dimiserit. Helias excitauit à mortuis filium mulieris, quæ se hospitio exceperat. Mulier Sunamitæ præmium piæ hospitalitatis accepit. Nam Heliæus hospes ei filium impetravit, & ipsum posteà defunctum miraculosè ad vitam revocauit. Quid multis opus est? Pia hospitalitas, ut inquit Ambrosius, duplicem mercedem habet, videlicet, humanæ gratiæ, & remunerationis diuinæ.

Pœnæ contemtus sanctorum hospitum grauissimæ sunt, Matth: 10. Qui vos non recipit, me non recipit, Iacobi 2. Iudi-

E P I S T . I.

Iudicium sine misericordia erit ei, qui misericordiae fuit expers. Ambrosius: Causamus, ne, si nos duri ac negligentes fuerimus in recipiendis hospitibus, etiam nobis post huius uitae cursum sanctorum hospitia denegentur. Christus inter alia impietatis opera in extremo die exprobrabit impios: Hospes eram, & non collegistis me.

Vt quisque accepit donum: ita alius in alium illud administrantes, ut boni Oeconomi uarię gratiae Dei.

Hoc etiam caritatis est, dona quæ quis habet, in aliorum commodum & utilitatem conuertere, cuius rei duplēm ponit rationem. Primam, Quia donum est, quicquid habes, datum in communem utilitatem. Secundam, Quia sumus Oeconomi, & non veri domini rerum, quæ nobis traditæ sunt.

Si quis loquitur, ut eloquia Dei (loquatur) Si quis ministrat, tanquam ex uiribus (ministrat) quas suppeditat Deus, ut in

in omn  
perclus  
ria & im  
rum, An

Exem  
cia recitat,  
siaftica sun  
loquitur, id  
Ecclœsia susti  
hoc est, vt  
agit, & ipsi  
quod sane fi  
summa gra  
spectu De  
Diaconun  
in omnibus  
Christum,  
quo in omn  
præstamus a  
pèr glorific  
Deus glorif  
sit legitimu  
qua caritas  
symbolum  
omni voc  
de vocatio

I.  
D. P E T R I.

**in omnibus glorificetur Deus,  
per Iesum Christum, cui est glo-  
ria & imperium in secula seculo-  
rum, Amen.**

Exempli causa quædam pauca offi-  
cia recitat, eaꝝ in administratione Eccle-  
siastica summè necessaria. Si quis, inquit,  
loquitur, id est, si quis docendi munus in  
Ecclesia sustinet, Loquatur ut eloquia Dei,  
hoc est, vt decet eum, qui legatum Dei  
agit, & ipsius Dei nomine verba facit,  
quod sanè fieri oportet in timore Dei, cum  
summa grauitate & reuerentia, vt in con-  
spectu Dei. Si quis ministrat, hoc est,  
Diaconum agit, faciat officium sedulò, vt  
**in omnibus glorificetur Deus per Iesum**  
**Christum.** Obseruetur diligentissimè,  
quò in omnibus officijs, quæ in hac vita  
præstamus alijs alijs, respiciendum sit, nem-  
pè vt glorificetur Deus. Quoniam autem  
Deus glorificari non potest, nisi officium  
sit legitimum, & fides in agente luceat, à  
qua caritas abesse non potest (nam hæc  
symbolum sanctorum est,) Sequitur in  
omni vocationis officio, requiri verbum  
**de vocatione, fidem & caritatem, actio-**

**L num**

E P I S T . I.

num regulas & finem, quæ est gloria Dei. Iustinus martyr pulcrum & utilem regulam tradidit, cum inquit: πρακτέον, πᾶς τὸ μῆτρός ερθεῖ κανόνι. Hoc est, Aendum est, quicquid est secundum fidem, recta regula. Duo requirit in opere, videlicet fidem, à qua proficiisci, & regulam ad quam exigi opus debet. Fidem intelligo & præcepti operis, & fiduciæ in Mediatorem. Nam utrumque necessariò requiritur, videlicet, ut & opus sit præceptum, & fiducia in Mediatorem præluceat. Nam quicquid non fit ex fide, peccatum est. Regula est, qua opus ad propriū & verum finem recta velutī linea dirigitur. Est autem finis proprius & verus, videlicet glorificare Deum per Iesum Christum, ad quem omnes actiones piorum, tanquam ad scopum, referri debent. Etsi autem sæpe multi fines intermedii sunt, ordinentur tamen ad hunc ultimum, id est recta regula, ut nec hypocrisi deflectas, nec ignavia torreas, nec πολυπράγμονων sublistas, sed ut sincero corde opus aggrediare, grauiter progrediare, & quietè agendo opus perficias in gloriam Dei.

Dilecti, ne peregrinemini ea,  
quæ

qua in  
per ign  
rum uol  
uobis a  
Hor  
sub cruci  
est, ne pen  
aliquam in  
tarunt. Fi  
sequente an  
cat πύρι  
ignem fit.  
igne prob  
aminatu  
euadat.  
mo capiu  
et.

Imo  
estis aff  
dete, ui  
riæ eu

Qu  
cis, qui  
entiam i

I  
D. P E T R I.

quæ in uobis est exploratio[n]e  
per ignem, quæ ad experimen[tum]  
uobis fit, ac si peregrinum  
uobis aliquid accideret.

Hortatur Apostolus ad patientiam  
sub cruce. Ne, inquit, peregrinemini, id  
est, ne perinde sitis attoniti, ut qui in rem  
aliquam incident, de qua nunquam cogi-  
tarunt. Figura est metalepsis, qua pro con-  
sequente antecedens ponitur. Crucem vo-  
cat πύρωσις, id est, explorationem, quæ per  
ignem fit. Quemadmodum enim aurum  
igne probatur: Ita fides hominis cruce ex-  
aminatur & exploratur, quod probatior  
euadat. De hac exploratione fidei in pri-  
mo capite suprà copiosius à nobis dictum  
est.

Imo in hoc, quod confortes  
estis afflictionum Christi, gau-  
dete, ut etiam in reuelatione glo-  
riæ eius gaudeatis exultantes.

Quemadmodum proposito fine cru-  
cis, qui est exploratio fidei nostræ, ad pati-  
entiam proximo versiculo est hortatus: Ita

L 2 hic

E P I S T . I.

h̄ic consolatur p̄ios sub cruce, ex eo quod  
consortes reddantur afflictionum Christi.  
Nam vt Christus, qui caput nostrum est,  
varjs afflictionibus expositus in hac vita,  
tandem glōriose inde eluctatus est: Ita nos,  
qui cū illo societatem habemus in cruce,  
dum in hac vita versamur, olim gloriæ  
ipsius erimus participes. Hanc societatem  
nostrī cum Christo cū in cruce tūm in  
gloria figurat nobis Baptismus, & sacra  
Christi Cœna commendat.

Si probris afficimini in no-  
mine Christi, beati estis, quia ip-  
se gloriæ, & ipse Dei spiritus su-  
per uos requiescit.

Ratio exhortationis ad patientiam sub  
cruce ab euentu sumta. Si probris affici-  
mini ob nomen aut confessionem Christi,  
beati estis. Quarè probra patienter ferenda  
sunt. Opponit autem probris sp̄iritum gra-  
tiæ, & sp̄iritum Dei patris, quibus signifi-  
catur gloria & adoptio. Gloria quidem,  
qua Sp̄iritus sanctus ornat fideles. Adop-  
tio verò, quam idem sp̄iritus fidelibus  
obsignat in afflictionibus, quibus confor-  
mes imaginī Dei reddūtur, Huc illud Pau-  
li; Si

li; Si aut  
rification  
Porr  
quibus fil  
videlicet  
Sapient  
examine  
mus, id e  
bris affic  
pente,

Qui  
attinet,  
uos aut

Pro  
onem il  
minus qu  
nis in cruc  
functione  
ciant imp  
vetram; &  
tamen si  
onis vol  
existime  
signa, t  
cio imp  
enter ac

I.

D. P E T R I.

**S**i: Si cum illo patimur, cum illo etiam glorificabimur.

Porrò, duo modi sunt obseruandi, quibus filii Dei in hoc mundo exercentur, videlicet, opprobrium & cruciamentus. Sapient: 2. Contumelia & cruciatu eum examinemus. 1. Timoth:4. In hoc laboramus, id est, persecutionem patimur, & probris afficimur, quia speramus in Deo viuente.

**Q**ui, quod ad illos quidem attinet, blasphematur, quod ad uos autem, glorificatur.

Prolepsis est. Anticipat enim obiectiōnem illorum, qui poterant dicere: nihil minus quam spiritum gloriæ & adoptionis in cruce apparere, & respondet per distinctionem, hoc sensu: Probris vos afficiant improbi quantum lubet, gloriam vestram & adoptionem aspernentur, vos tamen scitote illa probra gloriæ & adoptionis vobis esse testimonia. Etsi mundus existimet ea esse iræ diuinæ & reiectionis signa, tamen non sunt. Quarè non iudicio improborum cedendum est, sed patenter acquiescendum est in Dei consilio,

L 3 cui

E P I S T . I.

tui placet cruce eos h̄ic explorare, quos  
statuit olim glorificare.

Ne quis enim uestrum patiat-  
tur, ut homicida aut fur, aut ma-  
leficus, aut tanquam alienorum  
inspector, sed si ut Christianus,  
non pudefiat, imo glorificet  
Deum in hac parte.

Quid faciendum sit Christianis, mo-  
net, ne videlicet quis ob facinora sua mala  
plectetur. Verum si obtigerit afflictio ob  
Christi confessionem, patienter ferenda est,  
& non ut probrum, sed potius ut gloria &  
magnum decus filiorum Dei accipienda,  
quæ nos ad glorificandum Deum inuita-  
bit. Maleficus græcè κακοποιός in genere  
dicitur, qui studet alijs damnna inferre quo-  
uis modo. In specie verò maleficus dicitur  
incantator siue magus, vnde maleficæ di-  
cuntur fœminæ incantatrices, seu venefice.  
Alienorum inspector græcè ἀλλοτριεπι-  
σκοπός, hoc est, curiosus alienarum re-  
rum appetitor. Nam qui frequentius &  
curiosius res alienas inspicit, eas appetere  
videtur. Poterit vocabulum hoc etiam ad  
vitam

D. PETRI.

uitam et actiones referri, ut ἀλλοτριεπίσκο-  
πῳ idem sit, quod πολυπραγμονικὸς, qui  
sua negligit, & aliena maligne obseruat,  
duplici nomine pœna dignus.

Quia tempus est, ut incipiat  
iudicium à domo Dei.

Ratio exhortationis à consilio Dei  
sumta, Deus suam domum, id est, Ecclesi-  
am suam, primum castigare constituit, idque  
in hoc mundo. Imitatur enim Deus pium  
patrem, qui suos liberos ideo castigat, vt  
eos in officio retineat, ne degeneres ali-  
quando exhæreditare cogatur. Hic obser-  
uandum est discriminem inter crucem pio-  
rum & supplicia malignorum. Nam dif-  
ferunt tempore & loco. Pij enim primum  
castigantur, idque in hac vita. Maligni ple-  
rumque in hac vita fortunati videntur, &  
ad extremum vsce in delitis viuunt, sed  
mortuorū animæ cum diuite epulone pu-  
nientur vsce ad iudicium, & posteà æternis  
pœnis afficiuntur, & in corpore & in ani-  
ma. Plura discrimina inter crucem pio-  
rum & supplicia impiorum à causis effici-  
entibus, finalibus & effectis petita alibi ex-  
plicantur.

L 4 Quod

E P I S T . I.

Quod si primum à nobis, quis  
erit finis eorum, qui non obtem-  
perant Dei Euangelio?

Ne fideles impiorum successu offensi,  
deficiant à confessione, admonet de suppli-  
cij sæternis, quæ olim ob sua scelera susti-  
nebunt impij.

Et si iustus uix seruatur, im-  
pius & peccator ubi compare-  
bit?

Argumentum à maiori ad minus. Iu-  
stus in hac vita varijs obiectus est malis,  
adeò ut difficilimè inter huius vitæ pro-  
cellas vitam traducere queat, idq; Dei con-  
filio & iusto iudicio fit. Quantò minus  
euadet impius sæternas poenas, qui in hac  
vita delitij affluit. Atq; ita hoc Petri di-  
ctum ad præsentem vitam pertinet, quan-  
tum ad pios attinet. In hac enim vita vix  
vnus inter omnes pios inuenietur, qui non  
magnas difficultates sustineat. Nam quan-  
do corpus non affligitur, spíritus grauius  
carnis concupiscentijs exercetur, & varijs  
Satanæ artib. oppugnatur, aduersus quas  
difficultates Paulus armat Christianos ad  
Ephes. 6.

Itaq;

L  
à nobis, quis  
i non obtem-  
litor  
i successu offensi,  
monet de suppli-  
fua scelera susti-  
tuatur, im-  
i compare-  
ori ad minus, lu-  
biefus est malis,  
huius vitæ pro-  
teat, idq; Dei con-  
Quanto minus  
nas, quí in hac  
hoc Perri di-  
rtinet, quan-  
nim vita vix  
etur, qui non  
Nam quan-  
ritus grauius  
tur, & vanis  
duersus quas  
christianos ad

D. P E T R I.

Itaq; qui affliguntur secun-  
dum uoluntatem Dei, tanquam  
fidi conditori commendent  
animas suas in beneficentia.

Conclusio est exhortationis ad pati-  
entiam cum admonitione, ut pīj se totos  
Deo commendent, qui ita eorum ærum-  
nas moderabitur, ut exitus sit futurus læ-  
tissimus. Nam, cum ipse sit conditor no-  
ster fidelis, habebit profectò curam pro  
nobis, ne crucis acerbitate victi succumba-  
mus.

## QVINTVM C A P V T.

### S V M M A QVINTI C A P I T I S.

**Q**uemadmodum presbyteros & iu-  
niiores ad debita præstanta officia  
hortatur Apostolus: Ita omnibus subie-  
ctionem & humilitatem commendat, mo-  
nens, ut Diabolo fortiter resistant, non  
fracti præsentis vitæ erumnis.

L 5 OR-

Itaq;

EPIST. I.  
ORDO ET PARTES CA-  
PITIS QVINTI.

**Q**Vatuor sunt huius capitinis partes. Prima est hortatio ad presbyteros & iuniores. Ut enim presbyteros hortatur, ut fideliter suum gregem pascant, expectantes coronam, quam ipsis suo tempore pastorum princeps donaturus est: Ita iuniores monet, ut presbyteris subdití sint. Secunda, generalis est exhortatio ad subiectionem & humilitatem, & ne quis se contemptum fore nimia sui deiectione obiciat, iubet ut istam curam in Dominum rengiat. Tertia, grauissima est admonitio, ut prius inuicto animo se Diabolo opponant, & non frangantur animis, propter persecutionum fluctus. Quarta est indicatio scriptoris huius Epistole, quam ideo se scripsisse affirmat, ut ipsos Christianos adhortaretur ad constantiam, & testificaretur, veram esse gratiam in qua starent. Huc addit salutationes, & fausta imprecatione claudit Epistolam.

E X E G E S I S Q V I N T I  
CAPITIS, CVM OBSERVA-  
tione doctrinarum.

Pres-

I.  
RTES CA  
NTI.  
  
s capitit partit,  
ad presbyteros  
sbyteros horta  
gem pascant, ex  
i ipsiis suo tem  
donaturus est:  
byteris subdit  
exhortatio ad  
m, & ne quis se  
deiectione obij  
n in Dominum  
ia et admonitio,  
Diabolo oppo  
animis, proper  
Quara el*ind*  
le, quam ideo  
s Christianos  
& testificare  
starent. Huc  
imprecatione  
  
VINTI  
ERVA  
  
Pres:

D. PETRI.

Presbyteros, qui inter uos  
sunt, hortor ego, qui simul sum  
presbyter, & testis afflictionum  
Christi, atq; idem gloriæ, quæ  
reuelabitur cōsors, pascite eum,  
qui apud uos est, gregem Dei,  
curam eius agentes, non coactè  
sed libenter : non turpis lucri  
gratia, sed liberaliter : neq; ut  
dominantes gregi, sed ut sitis  
exemplaria gregis.

Hortatur presbyteros & omnes, qui  
sunt in Ecclesiastico senatu, vt gregem  
Christi sibi commissum fideliter pascant.  
Atq; hæc simplex adhortationis proposi  
tio est, quam primum suo exemplo fulcit,  
dum se in presbyterorum ordinem inclu  
dit, dum se testem afflictionum Christi te  
statur, dum se consortem gloriæ olim pate  
faciendæ profitetur. Idq; facit, vt alij secum  
ad vigilantiam in tam arduo officio exci  
tentur. Deinde modum pascendi gregem  
Christi pulcerrima antithesi declarat. Ut  
enim vult procul ab Episcopis & pastori  
bus

E P I S T . I.

bus abesse coactionem, turpis lucri affectationem, & dominandi in Ecclesia libidinem: Ita requirit, ut libenter & liberaliter, ut tanquam exemplaria gregis officium faciant. Hic locus aperte primatum Papæ, qui se successorem Petri iactat, euertit. Petrus se vñā cum alijs presbyterum agnoscit: sed Papa se caput Ecclesiæ esse gloriatur. Petrus pascit gregem Christi, & curam ipsius gerit: sed Papa à vero pabulo gregem Christi arcet. Petrus turpem quæstum prohibet, & illi aduersatur: Papa turpissimo meretricum lucro ditescit. Petrus non vult dominari cleris, id est, Ecclesijs Christi: sed Papa vendicat sibi vtrumque gladium. Petrus cum alijs subiectus est Ecclesiæ: sed Papa Imperatoribus & Regibus dominatur. Ex his facile apparet, quod Papa nullo iure Petri successor dici possit.

Et cum apparuerit ille pastorum princeps, reportabitis immarcessibilem illam coronam gloriæ.

Proposito præmio, hortatur presbyteros ad diligentiam in officio. Coronæ nomen

I.  
pis lucrī affecta;  
Ecclesia libidi-  
ter & liberaliter,  
gregis officium  
ē primatum Pa-  
ri faciat, euerit;  
presbyterum ag-  
icclesiæ esse glo-  
rem Christi, &  
a vero pabu-  
Perrus turpem  
uersatur: Papa  
cro dicens, Pe-  
teris id est, Eccle-  
dicas sibi vrum  
um alijs subiectus  
Imperatoribus &  
his facile appa-  
Petri successor  
  
ille pasto-  
tabitis im-  
coronam  
  
atut presby-  
io, Coronæ  
nomen

D. P E T R I.

nomen de duobus admonet nos: quorum  
Vnum est certamen, quod non exiguum  
ministris verbi propositum est. Nemo  
enim coronatur, nisi qui legitimè certauit.  
Alterum, quod post certamen gloriæ co-  
rona sit expectanda, vtrumq; incitamen-  
tum esse debet ad acrem in officio curam.  
Transferendum est quoq; ad ipsos audi-  
tores Euangeli, vt ipsi similiter strenue  
militent in hac spirituali militia aduersus  
carnem, satanam & mundum.

**Similiter iuniores subiecti  
estote presbyteris.**

Requirit ius analogum iuniorum er-  
ga presbyteros, quorum aliij in verbo do-  
cendo occupantur, aliij iuuentutis mores  
disciplina regebant.

**Omnes autem aliij alijs sub-  
iecti, humilitate intus ornem-  
ni.**

Hypothesin ad thesin transfert, & ad-  
hortatur omnes, vt humilitate, veluti or-  
natu quodam interno, se ornent, & nemo  
se alijs superbè præferat. Hoc præceptum  
non ad evertendos ordines & gradus di-  
gnita-

E P I S T . I.

gnitatum in politica, œconomica & ecclesiastica administratione pertinet, sed ad animorum affectionem, videlicet, ut nemo alterum superbè contemnat, sed potius ut consortem eiusdem hæreditatis foueat & complectatur. Vocabulum ἐγκομεώσαθε variè redditur, vetus interpres videtur legisse ἐγκολπόσαθε. Nam vertit insinuate. Erasmus, infixam habete. Esichius vertit σολίσαθε, id est, oremini, quæ significatio hîc optimè quadrat.

Nam Deus superbis resistit,  
humilibus autem dat gratiam.

Ratio exhortationis à consequentibus contrariorum. Ut illud fugiendum est, quod iram Dei prouocat: Ita expetendum est, quod gratiam Dei conciliat. Sed ut superbia iram Dei prouocat: Ita vera humilitas Dei gratiam conciliat & auget. Ergo illa fugienda, & hæc expetenda est. Notanda est emphasis vocabuli ἀντιτάσεται. Est enim militare verbum, quo significatur, quod Deus tanquam ex aduerso contra superbos aciem instruat, cum contrâ humiles in gratiam recipiat, & eorum defensionem suscipiat.

Humi-

4  
nomica & eccle-  
siae pertinet, sed ad  
videlicet, ut ne-  
cessitat, sed potius  
ereditatis foueat  
ulum εγκούσιον  
tus interpres vi-  
te. Nam verit  
m habere, Eli-  
t, oremini, que  
drat,  
  
erbis resistit,  
dat gratiam.  
  
a consequendis  
fugendum est,  
ita experendum  
est. Sed ut su-  
a vera humili-  
auger. Ergo  
da est. Notan-  
titas est. Et  
o significatur,  
luerfo contra  
im contra hu-  
eorum defen-  
  
Hum-

D. PETRI.

Humiliamini igitur sub po-  
tentí manu Dei, ut uos extollat  
in tempore.

Conclusiuncta adhortationis ad hu-  
militatem, & persistit in metaphora milita-  
ri. Omnes homines aciem veluti ex aduer-  
so, contra Deum instruunt, quos oppug-  
nat Deus, humiles quidem se sub ipsius po-  
tentí manu submittunt, quos etiam in su-  
am fidem & tutelam recipit, Superbi ve-  
rò ex aduerso arma mouentes, potentí ma-  
nu Dei prosternuntur & pereunt. Obser-  
uetur igitur hoc loco finis vtriusque, videlicet  
humilitatis & superbiæ. Ut enim hu-  
militatis finis est gloria: Ita finis superbiæ  
est ignominia. Qui ergo sapit, tanquam pe-  
stem perniciosissimam fugiat superbiam,  
& tanquam matrem omnium virtutum  
amplectatur humilitatem.

Cum addit, Ut vos in tempore extol-  
lat, significat tempus huius vitæ humilia-  
tionis esse, sed secuturam esse gloriam in  
resurrectione vitæ, idque prorsus Christi ex-  
emplo, qui in hoc mundo humiliatus est  
usque ad mortem crucis, sed victa morte po-  
titur gloria.

Omnem

E P I S T . L

Omnem curam uestram con  
ſcientes in ipsum, quia illi cura  
est de uobis.

Prolepsis est. Anticipat enim obiectio-  
nem, ne quis se contemptum iri nimia ſui  
deiectione existimet, & iubet ut iſtam cu-  
ram in Dominum reiſciat. Huius dicti ra-  
tionem ſubiicit cum inquit: Quia illi cura  
est de vobis. Hic locus, ut commendat  
nobis prouidentiam Dei, qui fuorum cu-  
ram habet: Ita non adimit p̄ijs sanctam  
curam, ſiue vocationis, ſiue ſalutis, ſed ut,  
cūm noſtrum defectum ſentimus, ad ip-  
ſum Deum precibus confugiamus. Nam  
cum Christus mandat, ut caueamus, vigi-  
lemus & oremus, requirit ſanē ſingularem  
curam ſalutis noſtræ, & cum iubemur pro-  
pria agere, ſancta quædam cura officij no-  
ſtri postulatur.

Sobrij eſtote & uigilate.

Rursus ad sobrietatem & vigilantiam  
hortatur, alludens ad mandatum Christi:  
Vigilate & orate, ne grauentur corda ve-  
stra crapula & ebrietate. Cum iubet nos  
vigilare, vult ut non ſegnemſcamus in pie-  
tatis

l.

uestram con-  
guia illi cura

at enim obiectio-  
um iri nimia sui  
abet ut istam cu-  
rā. Huius dicti ra-  
t̄: Quia illi cura  
vi commendat  
qui suorum cu-  
nit p̄p̄ sanctam  
ue salutis, sed v̄,  
a sentimus, ad ip-  
infugiamus. Nam  
vt caueamus, vigi-  
it sane singulare  
m̄t lubemur pro-  
i cura officij no-

vigilate,

1 & vigilantiam  
idatum Christi:  
entur corda ve-  
Cum iubet nos  
escamus in pie-  
tatis

D. P E T R I.

tatis cursu, vult vt obseruemus excubias,  
vult vt attenti simus omni ex parte, vult  
stratagemata Satanæ prudenter caueamus.  
Breuiter, vult vt fide pugnemus aduersus  
aduersarium nostrum Diabolum.

Nam aduersarius uester Di-  
abolus, tanquam Leo rugiens  
obambulat, quærens quem de-  
uoret.

Ratio exhortationis à periculi magni-  
tudine. Aduersarius noster Diabolus nun-  
quam quiescit, sed in perpetuis est insidijs.  
Proinde vos sobrij sitis, & vigilate, spiri-  
tualibus armis instructi, ne vos incautos  
opprimat. Confertur autem hic Diabolus  
leoni, ob ferociam in alia animantia, quæ  
sibi famelico & spoliato catulis obuiam  
feruntur. Verūm, sicut galli cantus leo-  
nem terret & trepidare facit, ita pia precatio  
& sobria Diabolum abigit, atq; ideo  
Dominus ait: Orate, ne intretis in tenta-  
tionem. Oratione itaq; tentator & aduer-  
sator noster Diabolus terretur & vincitur.

Cui resistite firmi per fidem.

Modum resistendi Diabolo tradit.

M      Nam

E P I S T . I.

Nam fide omnia ipsius ignita tela extinguntur. Hinc est, quod Ioannes ait: Hæc est victoria, quæ vincit mundum, fides vestra, quod sanè mirum non est, quia ut fides victorem Satanæ possidet; ita eiusdem potentia nítitur. Resistemus autem Diabolo per fidem, quando ex fide imploramus defensionem à duce nostro Iesu Christo, qui est victor Diaboli.

Scientes easdem passiones, uestræ, quæ est in mundo, fraternitati impleri.

Quia Diabolus cruce Ecclesiam potissimum ad defectionem solicitat, proponit exemplum totius Ecclesiæ, cuius cœtum fraternitatem appellat. Hæc fraternitas cum tota sit cruci subiecta, spe redemptionem expectans, debemus & nos similem patientiam præstare, qui volumus esse membra Ecclesiæ. Cum dicit easdem passiones impleri, significat eas quæ desunt passionibus Christi adimpleri. Nam ut Christus passus est in corpore suo: ita etiam in membris suis vult pati. Quarè, tantisper deest aliquid passionibus Christi, donec vnum eius membrum superfuerit in mundo.

Hic

I.  
ignita tela extin-  
Ioannes ait: Hæc  
undum, fides ve-  
on est, quia ut fi-  
fidet; ita eiusdem  
mus autem Dia-  
ex fide implor-  
nostro Iesu Chri-

pasiones,  
mundo, fra-

ut Ecclesiam po-  
m sollicitat, propo-  
cclese, cuius cœ-  
lat. Hæc fra-  
subiecta, spere-  
mus & nos si-  
qui volumus  
ndicit easdem  
as quæ defunt  
eri. Nam vt  
ore suo: ita er-  
ati. Quare, tan-  
ous Christi, do  
superfuerit in  
Hic

D. P E T R I.

Hic duo loci sunt obseruandi. Pri-  
mus, qualisnam esse debeat affectio & con-  
sensio Christianorum inter se, nimirum  
fraterna. Siquidem Petrus hoc loco cœ-  
tum Christianorum per totum mundum  
dispersum, fraternitatem appellat. Si igi-  
tur fratrum iuxta carnem concordia est  
naturalis, ut quæ à lege naturæ requiratur,  
multò magis hæc spiritualis fraternitas re-  
quirit sanctam concordiam. Sed vnde illa  
fraternitas? Communem habemus pa-  
trem in Christo, communem habemus  
fratrem Iesum Christum. Sicut ipse ait:  
Ascendo ad patrem meum, & patrem ve-  
strum. Per hunc Iesum Christum adopta-  
mur, cum in eum credimus, & adoptati  
diligimur, quia sumus caro de carne eius,  
& ossa de ossibus eius. Huius Christi spi-  
ritu multò magis, quam sanguinis necessi-  
tudine inter nos deuincti sumus. Habe-  
mus & communem matrem Ecclesiam,  
castissimam Christi sponsam, quæ nos è se-  
mine coelesti & incorruptibili conceptos,  
peperit, & natos fouet, alit verbo, spiritu,  
sacramentis, & salutaribus monitionibus  
& disciplina gubernat, ut simus sancti &  
irreprehensibiles coram Deo. Habemus  
præterea communem hæreditatem in cœ-

M 2 lo, cu-

E P I S T . I.

Io, cuius erimus participes in omni æternitate, si modo ad finem usque constantes perfisterimus. Hanc fraternitatem turpiter scindunt, qui aut hæretica doctrina Ecclesiam vastant, aut odij & simultatibus schismata faciunt.

Secundus locus est de communi sorte totius Ecclesiæ, videlicet, quod propter societatem, quam habet cum Christo, in hoc mundo subiecta sit cruci. In hac cruce præcipue spectanda sunt consilium Dei, necessitas, finis & euentus.

Consilium Dei est, quod velit omnia Christi membra capiti fore conformia, unde Paulus ad Rom:8. Quos praesciuit, eosdem & prædestinavit conformes fieri imaginis filii sui, ut is sit primogenitus inter multos fratres. Huc illud, quod supra dixit: Iudicium à domo Dei incipit. Item illud: Castigat omnem filium, quem recipit. Item, Omnes qui pie volunt vivere in Christo, persecutionem patientur.

Necessitas maxima est. Nam tanta est humanæ naturæ peruersitas, tanta ferocitas, ut in recto pietatis cursu contineri nequeat sine flagellis. Atque hoc vult Dauid cum inquit: In camo & freno maxillas eorum constringe, qui non adproximant ad te. Cum

I.

D. P E T R I.

**C**um hac necessitate utilitatem coniungo. Nam crux p̄ijs est sancta quædam disciplina, iuxta illud Dauidis : Priusquam humiliarer ego errauī. Item: Bonum est mihi Domine quòd humiliasti me, vt disserem statuta tua.

Finis proinde crucis est, vt contineamur in timore Dei, ne ferocientes abiçiamus confessionem, vt sub cruce ingemiscamus, cogitantes de iudicio & misericordia Dei. De iudicio quidem, quòd reliquias peccati in carne nostra paternè punit, vt corpus peccati eneruetur, quòd plenum sit spiritus imperium. De misericordia vero, qua nos castigat vt filios, ne contumaces effecti cum hoc mundo pereamus. Breuiter, vt exploratio fidei nostræ multò preciosior exploratione auri comperiatur.

Euentus deniq̄ crucis sanctorum est summa & æterna consolatio. Beati, ait Dominus, qui persecutionem patiuntur iusticiæ causa, quoniam ipsorum est regnum celorum. Item, Gaudete & exultate, quoniam merces vestra multa est in cœlis. Ab hoc lætissimo euentu potissimum petenda est consolatio sub cruce. Huc respexit Paulus, cùm scriberet discipulo suo Timotheo: Memento Iesum Christum resurrexisse à

M 3 mor-

es in omni æter-  
vlp̄ constantes  
nitatem turpiter  
a doctrina Eccle-  
& similitudinibus

e communi for-  
t, quòd propter  
im Christo, in  
ti. In hac cruce  
confilium Dei,

quòd velit omnia  
re conformia, un-  
ius praeficiuit, col-  
oniformes fieri ima-  
timogenitus iner-  
f, quod supra di-  
incipit. Item il-  
lum, quem reci-  
volunt vivere in  
attentur,  
Nam tanta effi-  
cacia, tanta feroci-  
su contineri ne-  
oc vult David  
o maxillas eoz  
proximant ad  
te Cum

E P I S T . I.

mortuis, quasi dicat: Quemadmodum Christus sibi viam ad gloriam cruce paruit: Ita etiam nobis non contigit gloria, nisi per viam crucis. Nemo enim gloriam resurrectionis percipiet, nisi qui in hac vita acerbitatem gustauit.

Sed Deus omnis gratiæ, qui uocauit nos ad uitam æternam in Christo Iesu, paululum afflitos ipse uos perfectos reddat, confirmet, corroboret, stabiliat, ipsi gloria in secula seculorum, Amen.

Tempori breui æternitatem opponit, & afflictioni præsentí futuram gloriam, quemadmodum Paulus facit ad Rom: 8. Idq̄ ideo fit, ut fortiori animo feramus præsentis vitę momētaneam afflictionem, quam æterna sequitur gloria, qua hæc breuis ignominia compensatur. Votum, quod addit, significat principium, medium & consummationem salutis nostræ opus Dei esse. Par igitur est ut perpetuò nos Deo, tanquam fidelissimo medico, subiçiamus. Hæc summa est huius peri-

copæ,

copæ, l  
mus Na  
rū/con  
Prin  
elle omn  
lus est fo  
terno at  
um, om  
Hic omni  
stabilitur  
Fieri enim  
pendeat e  
Immora  
n, Quod  
ribus, al  
fin ex c  
quín opu  
connexio  
stini dictu  
que est g  
Secu  
est, favor  
effectus.  
nam sua  
tria apo  
catio, g  
gloria,

I.  
Quemadmodum  
oriam cruce para-  
on contigit gloria,  
emo enim gloriam  
nisi qui in hac vita

is gratiae, qui  
tam æternam  
ululum affi-  
ctos reddat,  
oret, stabiliat,  
ula seculorum,

ernitatem opponit,  
futuram gloriam,  
facit ad Rom: 8.  
animo feramus  
n afflictionem,  
ia, qua hæc bre-  
ur. Votum,  
ncipium, medi-  
salutis nostræ  
est ut perpenio  
issimo medico,  
est huius peri-  
copæ,

D. PETR I.

copæ. Iam singula penitus introspiciamus. Nam in hac pericopa multæ doctrinæ & consolationes continentur.

Primum itaq; h̄ic prædicatur Deus esse omnis gratiæ autor. Nam, vt ipse solus est fons gratiæ: Ita solus eam gratis paterno affectu confert, iuxta decretum suum, omnibus ad ipsum configientibus. H̄ic omnia humana merita euertuntur, & stabilitur gratuita salus & reconciliatio. Fieri enim non potest, vt quod est gratiæ, pendeat est operibus nostris aut meritis. Immota enim ex Pauli consecutio Rom. II. Quod si per gratiam, iam non ex operibus, alioquin gratia non est iam gratia, sin ex operibus, iam non est gratia, alioquin opus iam non est opus. Cum hac connexione Pauli pulcrè congruit Augustini dictum: **Gratia est nullo modo, nisi quæ est gratuita omni modo.**

Secundò, additur huius gratiæ, hoc est, fauoris Dei & benevolentiæ gratuitæ effectus. Qui vocavit nos, inquit, ad æternam suam gloriam in Christo Iesu. H̄ic tria aptissimè coniunguntur, nempe, vocatio, gloria ad quam vocamur, & via gloriæ.

M 4 Voca-

E P I S T . I.

Vocatio est vniuersalis, & fit per prædicationem Euangelij. Nam cum Deus ministerio præconum verbi nos vocat, intus suo spiritu corda hominum tangit, ut assentiantur & credant verbo. Nam hæc est ordinaria administratio regni Christi, quod velit verbum suum sonare, & velit in verbo efficax esse. Quod si autem verbum non recipiatur ab homine, non Deo imputandum est, sed hominis culpæ, qui se verbo opponit, & Spiritui sancto resistit proterue.

Gloria ad quam vocamur, est fruitio Dei in omni æternitate, & opponitur ignominiae Diabolorum & omnium damnatorum, quæ ignominia iustissima poena est peccati. Hanc sanè ignominiam nemo effugiet, nisi qui vocanti Deo obtemperauerit. Quod autem hanc gloriam æternam fore dicit, eò pertinet, ut præsentibus ærumnis & temporali afflictioni opponamus infinitam gloriam, & quoties in hac vita aliquo malo premimur, consolacionem ex huius gloriæ cogitatione petamus, sed hoc argumentum tractat Paulus copiose ad Rom. 8.

Via ad gloriam est Iesus Christus, ideo sub-

subiec  
mini p  
ra. Sc  
grated  
que glo  
nus: S  
data, E  
eis, Ho  
dum et  
nequit.  
non hab  
dum, ad c  
ipsum, leg  
modo au  
bis: C  
mni cre  
eos, qu  
tam ing  
minus hi  
vlla legis  
ciolitas,  
stus, yriv  
nobis c  
consequ  
nobis l  
sticia, ac  
riam.  
Cu

I.

D. P E T R I.

subiecit, In Christo Iesu. Huc dictum Domini pertinet; Ego sum via, veritas & vita. Scriptura testatur iusticiam, id est, legis obedientiam, esse viam ad uitam, adeoque gloriam æternam. Ita enim ait Dominus: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Et Moses ait: Qui fecerit ea, vivet in eis. Hoc esse verissimum omnino fatendum est. Christus enim mentiri aut fallere nequit. Verum quia hanc iusticiam ipsi non habemus, venit Christus in mundum, ad quem configiendum est, ut hanc ipsam legis iusticiam consequamur. Quomodo autem id fiat, docet Paulus his verbis: Christus est finis legis in iusticiam omni credenti. Finis ergo legis est iustificare eos, qui eam obseruant, quo iustificati vitam ingrediantur & gloriam. Verum quo minus hoc assequatur lex, non impedit illa legis impotentia, sed nostræ carnis viciositas, cui ita demum medetur Christus, ut iusticia legis, quam ipse fecit, gratis nobis credentibus imputata, finem legis consequamur, qui Christus, quoniam pro nobis legem impleuit, factus est nobis iustitia, adeoque via ad vitam & æternam gloriam.

Cum addit, Paululum afflitos, idem

M 5 docet,

rsalis, & fit per pra  
Nam cum Deus mi  
bi nos vocat, intu  
num tangit, vt al  
erbo. Nam haec eff  
io regni Christi;  
um sonare, & vult  
Quod si autem ver  
homine, non Deo  
minis culpe, qui  
ritui sancto reli

ocantur, est fructu  
& opponitur igno  
& omnium danni  
a iustissima poena et  
omniā nemo est  
Deo obtempera  
c gloriā æter  
vt præsentibus  
ctioni oppona  
quoties in hac  
iur, consolatio  
atione peramus;  
fit Paulus co

is Christus, ideo  
sub-

E P I S T . I.

docet, quod Paulus cum ait, afflictiones  
huius vitæ non sunt condignæ ad futu-  
ram gloriam, quæ nobis reuelabitur. Hæc  
proinde collatio præsentium ærumnarum  
& æternæ gloriæ nos in quibusuis ærum-  
nis & calamitatibus erigere debet.

Cum subiungit, Ipse vos absolutos  
reddat, confirmet, corroboret &c. signifi-  
cat quanta sit nostra imbecillitas in feren-  
da cruce, & quòd oporteat ad hunc Deum  
precibus configere, ut opus quod in no-  
bis incepit, ipse ad consummationem per-  
ducat.

Claudit votum doxologia, cum in-  
quit, Gloria & imperium in secula seculo-  
rum, Amen. Hic notemus, q̄ quoties in  
mentionem beneficiorū Dei inciderimus,  
ut erumpamus in gratiarum actionem,  
qua agnoscimus beneficia Dei, qua palam  
confitemur largitorem, quaq̄ gratitudi-  
nem reddimus Deo per Iesum Christum.

Per Syluanum uobis fidelem  
fratrem (ut arbitror) paucis scri-  
psi, adhortans uos & testificans,  
hanc esse ueram gratiam, in qua  
statis.

Cur

I.  
Im ait, affliction  
ondignæ ad fun  
s reuelabitur. Ha  
ritum ærumnarum  
n quibusuis ærum  
gere debet,  
Ipse vos absoluto  
oboret &c. Signifi  
becillitas in feren  
tat ad hunc Deum  
opus quod in no  
minationem per

D. P E T R I.

Cur hanc Epistolam Petrus dispergit  
Iudæis scripsiterit, breuissimè ostendit, &  
duas potissimum causas adfert. Vnam,  
vt adhortaretur Iudæos ad sanctificatio  
nen spiritus, & ad alia officia Christianis  
digna, consolareturç pressos cruce in hoc  
mundo. Alterum, vt suo comprobaret  
testimonio veram esse gratiam in qua sta  
rent, hoc est, verum esse Euangeliū  
**CHRISTI**, quod à Paulo & alijs didi  
cerant.

Hinc apparet, quòd fuerint, qui mo  
uerent quæstionem de doctrina Euange  
lij, qui de Petro gloriarentur, & Pauli do  
ctrinam aspernarentur, propter abolitam  
Circumcisionem & ritus Mosaicos. Et  
rursus, qui Paulum tuerentur tanquam  
verum Apostolum Iesu Christi. Huic  
controversiæ occurrit Petrus, & testatur  
veram esse & sinceram Euangeliū doctri  
nam, quam didicerant. Hinc nos mone  
mur, nostra comprobatione confirmare  
conscientias rectè doctas, ne opinum va  
rietate turbentur, atq; ita rursus gratia ex  
cidant.

Salutat uos ea, quæ est Baby  
lone

Cur

E P I S T . I.

Ione uobiscum electa Ecclesia, &  
Marcus filius meus.

Papistæ, qui Babylonem Romam interpretantur, nullo fundamento nituntur. Quare illorum commentum repudio, & Babylonem propriè accipio pro illa celebri Assyriæ vrbe primæ Monarchiæ metropoli, vbi Petrus Iudæos docuit & alios. Dicitur autem Ecclesia electa, respectu prophenorū hominum, qui Satanæ obsequuntur, & quia est singulare peculium Dei, quo maximè delectatur.

Salutate alijs alios caritatis osculo.

Osculum ab inferiori exhibitum reverentiæ & obedientiæ, à pari concordiæ ac mutui amoris symbolum est. Paulus addit sanctum, ut opponatur impudico osculo, quod suauium appellant.

Pax uobis omnibus, qui estis in Iesu Christo.

Clausula faustæ imprecationis est, que summam beneficiorum Christi erga Ecclesiam uno pacis nomine complectitur.

Est

I.

ta Ecclesia,  
is.  
onem Romam in-  
amento nituntur.  
itum repudio, &  
ipio pro illa cile-  
Monarchiae me-  
s docuit & alios,  
electa, respectu  
qui Saranæ ob-  
gulare peculium  
atur.

Alios caritatis

vri exhibitum re-  
pari concordia  
est. Paulus  
tur impudico  
lant.

us, qui estis

cationis est, que  
christi erga E-  
complectitur.

Et

D. PETRI.

Est enim pax hominis cum Deo, summum  
bonum hominis, & est mutuus consensus  
Dei & hominis: Dei quidem recipientis  
hominem in gratiam propter filium: Ho-  
minis vero fide accipientis oblatam gra-  
tiam, & promittentis in posterum gratitu-  
dinem in tota vita.

ARGUMENTVM  
IN POSTERIOREM  
DIVI PETRI EPI-  
STOLAM.

H

Aec posterior divi Petri Epistola,  
quam iam senex & morti vicinus  
scripsit, tota parænetica est. Hortatur enim  
Primum, ad sanctificationem. Deinde, ad  
constantiam de doctrinæ certitudine, quæ  
sanctificationis fundamentum est. Nam,  
cum videret pius animarum pastor mul-  
torum mores emendatione indigere, &  
prospiceret multos fore, qui religionis  
Christianæ dogmata in dubium essent re-  
uocaturi, sui munera esse putauit istis ma-  
lis, quantum quidem fieri potuit, occurre-  
re, ne vel morum vicio, vel doctrinæ cor-  
rup-  
te-

E P I S T . II.

ruptelis, post suam mortem Ecclesia Christi ex gentibus collecta vastaretur. Hæc de argumento, occasione & fine huius Epistolæ sint dicta. Iam de tractationis methodo nonnulla adiiciemus.

Post Epigrapham p̄fissimum votum subiungit, videlicet, ut ipsis gentibus multiplicetur gratia Dei & pax, id q̄ per cognitionem Iesu Christi. Huius cognitionis finem cum diceret esse sanctificationem nostrī, oportunè inde primam exhortationem infert ad sanctificationem, cuius fructum pulcherrima gradatione describit. Hæc sanctificatio, cum non solum quantum quisq; in cognitione Christi profecerit ostendit, verum etiam ea tanquam fundamento nititur, inde ad exhortationem secundam transit, nimirum, ut gentes ad Deum conuersæ, studeant suos animos ita doctrinæ certitudine confirmare, ne subintroeuntibus aliquando seductoribus, confessionem abjiciant. Nam quemadmodum in populo Dei olim fuerunt pseudoprophetæ: Ita prædictit fore, ut Ecclesia non sit futura immunis à falsis doctribus, verūm, ut diligentius sibi caueant fideles, proponit Apostolus tum impietatis poenam, tum pietatis præmium. Præterea,

terea, quā  
Christianan  
per quā  
ut differre  
andem Ep  
repetitione

PR

C

S V I

VT ad  
confi

ORD

P

HVius c  
Quarun  
da, salutatio  
cationis  
tio ad sancti  
tio ad cor  
næ Christi  
ratio suis i  
ac munitu

em Ecclesia Ch  
astaretur. Hæc  
fine huius Epist  
tationis method

p̄fissimum vorum  
olis gentibus mul  
ix, idq̄ per cogn  
ius cognitionis  
etificationem no  
nam exhortatio  
nem, cuius fru  
tatione describit,  
i non solum qua  
nto Christi prola  
m̄ ea tanquam fun  
d exhortationem  
m, virgentes ad  
suos animos ita  
rmare, ne sub  
seductoribus,  
Nam quemad  
m fuerunt plu  
t fore, vt Eccle  
si à fallis doc  
tius sibi caueant  
us tum impira  
zium, Pre  
kres,

### D. PETRI.

terea, quia multi eo tempore, religionem  
Christianam in dubium vocabant, pro  
pterea quod aduentus Domini ad iudici  
um differretur, istum errorem confutat. Ac  
tandem Epistolam exhortationis utriusq;  
repetitione claudit.

## PRIMVM CAPVT.

### S V M M A P R I M I C A P I T I S.

**V**T ad sanctificationem vitæ: ita ad  
constantiam in doctrina hortatur.

### ORDO ET PARTES CA PITIS PRIMI.

**H**uius capitinis sunt quatuor partes,  
quarum Prima est epigrapha. Secunda,  
salutatio seu votum, seu fausta impre  
catio ratione amplificata. Tertia, exhorta  
tio ad sanctificationem. Quarta, exhorta  
tio ad confirmandos animos de doctri  
næ Christianæ certitudine. Vtraq; exhor  
tatio suis quibusdam rationibus fulcitur  
ac munitur.

EXE-

EPIST. II.  
EXEGESIS PRIMI CA-  
PITIS, CVM OBSERV A=

*tione doctrinarum.*

Simon Petrus seruus & Apo-  
stolus Iesu Christi ihs, qui æquè  
preciosam nobiscum sortiti sunt  
fidem, in iusticia Dei nostri &  
saluatoris Iesu Christi.

Hæc Epigrapha & autorem scriptio-  
nis indicat, & quibus'nam sit scripta hæc  
Epistola ostendit. Autor scriptionis est  
Petrus Apostolus. De quo vide ea, quæ  
in priori eius Epistola annotauimus. Illi  
autem, quibus scribit Apostolus, sunt gen-  
tes ad fidem Christi conuersæ, quas pul-  
cerrima periphrasi designat, cum ait: Qui  
æquè preciosam seu æqualem dignitate  
nobiscum sortiti sunt fidem in iusticia &c.  
Hæc collatio Iudeorum & Gentium est,  
quorum fidem pronunciat æquè precio-  
sam, Idq; in iusticia Dei nostri & saluatoris  
Iesu Christi, hoc est, sortiti sunt fidem, qua  
iusti sunt, idq; non sua, sed Christi saluato-  
ris iusticia. Nam iusticia, quæ Christi pro-  
pria

pria est, a  
damatori  
Huc illud i  
legi, in iu  
omnis qui  
rit, nempe  
posita est,

Obser-  
tionem Iud  
fidem in or  
cio lam elle,  
menstruam,  
dum est, vi  
uatoris, q  
quo impu  
buit & fid  
recio lam  
qualem, T  
stre testimoni  
hic & Deus n  
cum vnicus  
necesse est,  
Tod Be & H. M. W.

Gra  
plicetur,

IL  
IMI CA  
SERVA=

rum,  
ruus & Apo  
njs, qui æque  
n fortiti sun  
ei nostri &  
sti.

utorem scriptio  
am sit scripta har  
itor scriptioñis et  
quo vide ea, qua  
nnorauimus, **W**  
istolus, sunt gen  
ris, quas pul  
cum ait: Qui  
em dignitate  
in iusticia &c.  
(Gentium est,  
æque precio  
tri & saluatoris  
sunt fidem, qua  
Christi saluato  
& Christi pro  
pria

D. PETRI.

pria est, credentibus imputatur, ut Legis  
damnatoriæ sententiæ non subjiciantur.  
Huc illud Pauli pertinet: Christus est finis  
legis, in iusticiam omni credenti, hoc est,  
omnis qui credit, habet quod Lex requi  
rit, nempe iusticiam, cui vita æterna pro  
posita est.

Obserua primum hoc loco exæqua  
tionem Iudæorum & Gentium. Deinde,  
fidem in omnibus credentibus æquè pre  
ciosam esse, quod quidem non ad fidei  
mensuram, sed ad eius subiectum referen  
dum est, videlicet, ad iusticiam Christi sal  
uatoris, quæ omnibus credentibus ex æ  
quo imputatur. Fidem habuit Iairus, ha  
buit & fidem Syrophœnissa, æquè quidem  
preciosam vterq; sed mensuram non æ  
qualem. Tertio obseruetur hoc loco illu  
stre testimonium diuinitatis Christi, qui  
hic & Deus noster, & saluator dicitur. Nam  
cum unicus sit articulus in græco textu,  
necessæ est, ut coniunctim hæc legantur,  
**το θεός ἡμῶν οὐκ σωτὴρ Θ' οὐδὲ γένις.**

Gratia uobis & pax multi  
plicetur, per agnitionem Dei &  
N Domi-

E P I S T . I I .

Domini nostri Iesu Christi.

Vt in epistolis fieri solet, orditur Apostolus à salutatione, & optat ījs, quibus scribit, gratiam & pacem, id ē per agnitionem Dei & Iesu Christi domini nostri. Hoc votum duo continet. Primum, quānam sit summa beneficiorum Euangelij ostendit, videlicet, gratia & pax à Deo per Iesum Christum. Alterum, quod ista beneficia contingent per agnitionem Iesu Christi. Nam, qui non credit in Filium, ira Dei manet super eum.

Quod omnia nobis diuina eius potentia, quae ad uitam & pietatem requiruntur, donauerit, per cognitionem eius, qui nos uocauit per gloriam & uirtutem.

Votū confirmatio ex anteā præstitis beneficijs. Christus diuina sua potentia iam largitus est nobis, quae ad vitam & pietatem requiruntur. Ideo bonam spem habeo, ut idem eadem bona multiplicet & augeat. Est enim optima consequentia ab incoa-

incoation  
Dei. Nam

Aug  
Quædam  
per loca,  
non aut  
tempora,  
est Deus,  
pora muta  
Christus d  
agnitione  
Dei patris  
mūr. Qu  
& patren  
nis addi  
xutem,  
tem intel  
in hoc ipso  
intelligend  
te, sed de C  
stus lux gl  
ta ad ipsu  
us dilectu  
audite, I  
virtutib  
ciendam  
virtutem

u Christi.

follet, orditur Ap-  
otatis, quibus scilicet  
id est per agnitionem  
lomini nostri. Hoc  
Primum, quanam  
Euangelij ostendit  
pax a Deo per Iesum  
quod ista benedictionem Iesu Christi  
in Filium, ira

a nobis diuina  
ad uitam &  
intur, donauem  
eius, qui  
oriam & vir-

e ante præstans  
uina sua potentiam  
qua ad vitam &  
ideo bonam spem  
una multiplicet &  
consequientia ab  
incoa-

D. P E T R I.

incoatione ad perfectionem in operibus  
Dei. Nam Deus est immutabilis.

Augustinus ponit tres rerum ordines. Quædam res mutantur per tempora & per loca, quædam per tempora tantum, non autem per loca, quædam neque per tempora, neque per loca. In tertio ordine est Deus, qui neque per loca neque per tempora mutatur. Quomodo autem hæc Christus donauerit, explicat cum ait: Per agnitionem illius, qui vocauit nos, id est, Dei patris, ad quem per Christum ducimur. Qui videt me, ait Dominus, videt & patrem meum. Porro modum vocacionis additum cum inquit: Per gloriam & virtutem. Quam autem gloriam & virtutem intelligat Apostolus, explicatur infra in hoc ipso capite. Nequaquam sunt hæc intelligenda de gloria & hominum virtute, sed de Christi gloria & virtute. Christus suæ gloriæ accepit testimonium, delata ad ipsum patris voce: Hic est Filius meus dilectus, per quem placatus sum, hunc audite. Hæc gloria se in Christo multis virtutibus & stupendis miraculis conspiendam præbuit. Per hanc gloriam & virtutem sumus vocati. Quia per ea diuinitas

N 2 nitas

E P I S T . I I .

nitas Christi, officium eiusdem, & Euangelij certitudo obsignata sunt. Qui in gloriam & virtutem vertunt, non tam quid Apostolus dicat, quam quod ipsis videatur sequuntur. Totus enim contextus atque verborum vis, meae suffragatur interpretationi.

Cæterum, hæc pericopa multa continet. Primum enim testimonium habet de Christi diuinitate. Deinde ostendit, quod à Christo nobis omnia, quæ ad vitam & pietatem requiruntur, donentur. Tertio monstrat, quod nos suo verbo ducat Christus, nempe ad suum Patrem, ut illum agnoscamus. Hæc, inquit, est vita æterna, ut te agnoscant verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Quarto indicat, quod hæc ductio ad Patrem, fiat per prædicationem Euangeli, quæ gloriam & virtutem Christi nobis conspicienda proponebit.

Per quæ maxima nobis & preciosa donata sunt promissa, ut per hæc fieretis diuinæ confortes naturæ, ubi refugeritis à cor-

II.  
usdem, & Euau-  
sunt. Qui in glo-  
it, non tam quic-  
quod ipsi videa-  
m contextus acq-  
ragatur interpr-

pa multa conti-  
onum habet de-  
ostendit, quod  
ux ad vitam &  
onentur. Tertio  
verbo ducat Chri-  
Patrem, ut illum  
uit, est vita eterna,  
Deum, & quae  
Quarto indicat,  
n, fiat per præ-  
gloriam & vir-  
cienda propo-

ia nobis &  
t promissa,  
diuinæ con-  
efugeritis a  
cor

D. PETRI.

## corruptionem, quæ in mundo est per concupiscentiam.

Dixit eos, quibus scribit, vocatos per gloriam & virtutem Christi. Iam exponit quid vocatis per gloriam & virtutem Christi donatum sit, nimirum, sanctificationis spiritus, cuius praesenti virtute regeneramur & sanctificamur. Nam, quod dicit, eos fieri consortes diuinæ naturæ, vbi aufugerint à concupiscentia mundana, periphrasis est regenerationis seu sanctificationis. Cuius partes duas hic facit, videlicet fugam mundanæ concupiscentiæ, & participationem diuinæ naturæ, hoc est, vivificationem, quæ fit virtute spiritus Christi, habitantis in nobis. Observandum autem est, quod Petrus diserte loquatur de dono, quod Paulus à gratia distinguit ad Romanos 5. vbi in hunc modum loquitur: Gratia Dei & donum per gratiam erga unum hominem Iesum Christum, in multis superabundauit. Hic Paulus duas res complectitur, videlicet gratiam & donum. Gratia est gratuita remissio peccatorum, & acceptatio personæ coram Deo. Donum est diuina praesentia in nobis, ex qua concipiatur plena consolatio,

N 3 quia

E P I S T . II.

quia incoatur æterna vita per sanctificationem nostri. Hæc duo testatur Paulus nos habere, non ex nostris meritis, sed ex Christi gratia.

Obseruanda est h̄ic metonymia usitissima in scripturis, qua causæ nomen effectui tribuitur. Vocat enim h̄ic diuinam naturam, id quod efficit diuina præsentia in nobis, id est, conformitatem nostri cum Deo, seu imaginem Dei, quæ in nobis reformatur per diuinam præsentiam in nobis. Hic ergo scopus est prædicationis Euangelij, ut paulatim conformes Deo reddamur, & transformemur ad imaginem eius, quantum quidem modulus noster ferre potest. Qui igitur peccatis & mundanis concupiscentijs indulget, non sine contumelia Dei, de Euangeliō gloriatur.

Atq; in hoc ipsum omne studium applicantes subministrate in fide uestra uirtutem, in uirtute autem scientiam, in scientia uero temperantiam, in temperantia autem patientiam, in pa-

tien-

## D. PETRI.

tientia uero pietatem, in pietate  
autem fraternali amorem, in  
fraterno uero amore caritatem.

Hæc prior exhortatio est, qua Apo-  
stolus exhortatur gentes conuersas, ut san-  
ctificationi studeant. Ad hoc ipsum, in-  
quit, omne studium applicantes, scilicet, ut  
renunciatis concupiscentijs, consortes red-  
damenti diuinæ naturæ. Quod cum sit, fi-  
des suos germanos fructus profert, qui  
sunt, virtutes, has, ut genus sequentium  
proponit, per quas intelligit sanctos &  
honestos mores, quorum fons est fides.  
Scientia (hæc moderatur actiones virtutis)  
Temperantia (hæc moderatrix est ci-  
bi & potus, aliarumque appetitionum.) Pa-  
tientia seu tollerantia, (qua persistimus  
sub mole ærumnarum & persecutio-  
num, ne fracti animo confessionem abij-  
ciamus.) Pietas (hanc ideo subiecit tolle-  
rantiae, ut eius sit rectrix.) Fraternus  
amor (hic complectitur eiusdem fidei do-  
mesticos.) Caritas, (hæc se etiam ad ali-  
os homines extendit, ut hostes quoque  
complectatur,) Hæc virtutes germani fidei  
fructus sunt.

N ¶ In gra-

E P I S T . I I .

In gradatione hac non tam rerum con-  
secutio, quam earundem necessaria cum  
fide connexio spectanda est. Porro virtu-  
tes, quarum genitrix est fides, hoc pacto  
distingui possunt. Homo fidelis & ad  
Deum ipsum, & ad se ipsum, & ad prox-  
imum, & ad res alias respectum habere de-  
bet. Cum Deum respicit, ex fide pietatem,  
qua totus cultus primae tabulae intelli-  
gitur, promit. Cum se ipsum intuetur, ex  
fide sanctificationi animi & corporis stu-  
det, satagitq; ea, quæ officij sui sunt haud  
fraudulenter præstare. Cum se ad prox-  
imum suum conuertit, ex fide fraternum  
amorem erga domesticos fidei, & carita-  
tem erga omnes homines producit. De-  
niq; cum res alias contemplatur, vel in a-  
gendo versatur per prudentiam, vel in usu  
rerum occupatur per temperantiam, vel  
in ferendis aduersis persistit per patienti-  
am, vel in expectandis promissis perseue-  
rat per spem, que non confundit. Hæc om-  
nia ex fide pius profert animus.

Hic locus Petri monet, ne Dei gratiæ  
desimus. Huc illud ad Hebræos 12, Pro-  
spicientes, ne quis desit gratiæ Dei. Et illud  
Pauli: Commonefacio te, ut exuscites do-  
num,

II.

On tam rerum con-  
m necessaria cum  
est. Porro virtu-  
t fides, hoc pacto  
omo fidelis & ad  
osum, & ad prox-  
pectum habere de-  
; ex fide pietatem,  
tabulæ intelligi-  
sum intuetur, ex  
& corporis stu-  
ien̄sui sunt haud  
Dum se ad proxim-  
ex fide fraternum  
cos fidei, & carita-  
nes producit, De-  
mplatur, vel in-  
tentiam, vel in vi-  
perandiam, vel  
i per patienti-  
m illis perseue-  
ndit. Hæc om-  
nus,

t, ne Dei gratia  
ebraos 12, Pro-  
iæ Dei. Erillud  
et excusites do-  
num,

D. P E T R I.

num, quod in te est. Postquam enim rena-  
ti sumus, non sumus stipites aut trunci, sed  
viva Christi membra, in quibus spiritus  
Dei est efficax, ut iam possimus aliquam  
obedientiam Deo præstare, quæ illi est ac-  
cepta propter Iesum Christum, per quem  
placemus Deo. Non enim amplius volun-  
tas captiuæ tenetur sub seruitute peccati,  
sed per spiritum Christi manumissa est, vt  
& quæ recta sunt mens intelligat, & vo-  
luntas sanata studeat Deo obedientiam  
præstare, atq; adeo vires ipsæ omnes inte-  
riores & exteriores diuinitus adiutæ non  
frustra conentur.

Hæc cum uobis adsint & ex-  
uberent, haud ociosos nec infru-  
ctuosos constituunt in Domini  
noſtri Iesu Christi cognitione.

Ratio exhortationis ab effectis virtu-  
tum, quæ cum fide coniunctæ sunt, quæ  
effecta manifesta indicia sunt efficacis co-  
gnitionis Christi, ac si dicat: Virtutes quas  
enumeraui cum fidei adsint, indicant Chri-  
sti cognitionem non esse ociosam & infru-  
ctuosam in uobis. Nam, cum Christi co-

N S gnitio

E P I S T . II.

gnitio viua & efficax existit, fieri non pos-  
test, vt quis verè ea præditus dicatur, qui  
fructus germanos fidei non habeat adiun-  
ctos. Cum hac Petri sententia conuenit  
precatio Christi Iohan:17. Sanctifica eos in  
veritate, sermo tuus veritas est. Hic non  
quærerit ociosam veritatis cognitionem, sed  
actuosam & fructuosam, vt quæ veram  
sanctificationem habeat sibi coniunctam.  
Item precatio Dauidis Psalm: 86. Doce me  
Domine viam tuam, & ingrediar in ve-  
ritate, vnias cor meum, vt timeat nomen  
tuum.

Obseruetur hic locus, qui docet ina-  
nem esse fidem, & vanam Christi cogni-  
tionis iactationem, vbi vera pietas & vita  
non relucet. Deinde obseruetur etiam,  
quod Christianæ virtutis indies magis  
magisq; exuberare debeant.

Cum enim hæc non adsint,  
cœcus est, manu palpans, obli-  
tus sese à ueteribus peccatis suis  
purgatum fuisse.

Aetiologia à consequentibus contra-  
riorum. Potest autem hæc aetiologia illu-  
strari

II.  
sistit, fieri non po-  
ditus dicatur, qui  
non habeat adiun-  
tentia conuenit  
7. Sanctifica eos in  
ritas est. Hic non  
scognitionem, sed  
, ut quæ veram  
sibi coniunctam.  
lm: 86. Doce me  
ingrediar in ve-  
vt timeat nomen

us, qui docet ina-  
am Christi cogni-  
vera pietas & via  
obserueretur etiam  
tis indies magis  
z.

non ad sint,  
Ipans, obli-  
peccatis suis

entibus contra-  
xilogia illu-  
strari

D. PETRI.

strari hac antithesi. Quemadmodum  
Christi cognitio est veluti lux quædam,  
quæ non finit nos in tenebris peccatorum  
amplius aberrare, & eius ignoratio caligo  
quædam est, qua inuoluimur in peccato-  
rum tenebris: Ita vbi germani fructus fi-  
dei apparent, testantur homines in luce  
Euangelij ambulare. Contrà autem, vbi  
huiusmodi fructus desunt, manifestum iu-  
dicium est, homines extra Euangelij lu-  
cem, in tenebris cœcutire, adeoꝝ oblitos  
esse purgationis suæ à veteribus peccatis.  
Hoc ergo loco obseruemus, nō solū inani-  
ter de fide & Euangelio gloriari eos, quo-  
rum vita non mutatur in melius ad præ-  
dicationem Euangelij, verum etiam quòd  
ipſis quoꝝ tribuatur cœcitas & obliuio.  
Cœcitas quidem, quòd non prospiciant  
viam, per quam eundum sit, vtut de sua  
perspicacia glorientur. Obliuio verò,  
quòd non cogitent, cur Christi sanguine à  
peccato sint purgati, & quòd non memi-  
nerint, se per Euangelium ad sanctificatio-  
nem vocatos esse. Vnde Paulus 1. Thess:  
4. Hæc est voluntas Dei, sanctificatio ve-  
stra. Hinc proinde perspicuum est, quām  
sint necessaria bona opera in conuersis.

Qua-

E P I S T . II.

Quapropter fratres magis  
studete uocationem & electio-  
nem uestram firmam facere.

Hæc altera est huius capitî exhorta-  
tio, quam ex priori infert Apostolus.  
Quemadmodum virtutes Christianæ,  
quas recitauit, ostendunt haud ociosam  
esse in hominibus & infructuosam cogni-  
tionem Christi; Ita, quò firmior est co-  
gnitio Christi, eò est etiam virtutis studi-  
um & pietatis exercitium plenius atq; per-  
fectius, est enim hoc illius effectus. Quare  
hortatur Apostolus, vt studeamus fir-  
mam efficere vocationem & electionem  
nostram, quod sanè ad certitudinem do-  
ctrinæ referendum esse docet loci πορίσα-  
τις, & huius exhortationis confirmatio.  
Sensus est igitur, studete vt certi & firmi-  
sitis in doctrina religionis Christianæ, ad  
quam vocati estis, adeoq; electi, modò Eu-  
angelio prædicato fidē adhibueritis. Vult  
itaq; Petrus, vt pī quotidie magis magisq;  
abundent in cognitione Christi, confir-  
menturq; de religionis Christianæ doctri-  
næ certitudine. Commendatur proinde  
hic serium scripturæ sacræ studium, & di-  
ligens

ligens cau-  
bi De me-  
tione, N  
finita tu-  
propria c  
quod san-  
ctatibus  
damnatio  
  
Quod  
tibus interfe-  
ex margini  
non dico,  
Nam bon-  
dam exte-  
Nam qui-  
in actioni  
proferunt  
gnitionem  
se est, & con-  
lippibus,  
in cognitioni  
itaq; veteri  
dico hic pe-  
quām ope-  
& immora-  
infructuo-

atres magis  
n & electio-  
um facere,  
  
scapitis exhorta-  
nfert Apostolis,  
tes Christianæ,  
t haud ociolam  
ctuosam cogni-  
firmior est co-  
virtutis studi-  
plenius atqz per-  
s effectus. Quarè  
vt studeamus fir-  
em & electionem  
certitudinem do-  
cer loci p̄p̄la-  
is confirmatio.  
certi & firmi  
Christianæ, ad  
cti, modò Eu-  
bueritis. Vult  
magis magis p̄  
Christi, confir-  
matione doctrinæ  
datur proinde  
studium, & di-  
ligens

## D. PETR I.

ligens causarum certitudinis immotæ verbi Dei meditatio, cum perpetua inuocatione, Ne vel Satanas, vel sophistæ, vel infinita turba hostium Euāgeliū, vel etiam propria caro nos à fonte salutis abducat, quod sanè multis (proh dolor) omnibus æstatibus contigit, in illorum certissimam damnationem.

Quòd autem in nonnullis exemplarib⁹ interseritur, Per bona opera, omnino ex margine in textum irrepserat, quod non dico, ut sententiam ipsam improbem. Nam bona opera sunt veluti sensus quidam externus, internæ pietatis & fidei. Nam quod intus in animo latet, appetit in actionibus externis, quò enim magis se proferunt pietatis fructus, eò maiorem cognitionem Christi & firmiorem esse necesse est, & contra. Quarè Paulus optat Philippensibus, ut magis magisqz abundant in cognitione & omni sensu. Sententiam itaqz veteris interpretis non improbo, sed dico hīc potius fieri mentionem doctrinæ quam operum, quæ doctrina cum firma & immota mentibus insidet, nequaquam infructuosa esse potest,

Hæc

E P I S T . II.

Hæc enim si feceritis, non labemini unquam.

Ratio exhortationis ab utili. Quod firmior est cognitio Christi, eò est certior salus & constantior vita. Facit enim firma Christi cognitio, ut immoti in fundamento persistamus, & Christo innitentes non labamur in recto cursu ad propositam metam vitæ æternæ. Contingit autem lapsus duplíciter, videlicet in doctrina & moribus. Vtrumq; lapsus impedit firma Christi cognitio.

Sic abundè subministrabitur uobis introitus in æternum regnum Domini nostri & salvatoris Iesu Christi.

Rationis redditio est. Affirmat enim nequaquam labi posse eos, qui certam & immotam Christi cognitionem retinent. Nam ḥs suppeditatur rectus in æternum regnum introitus, idq; per Iesum Christum, qui solus via in æternum regnum existit,

existit. Qu  
tur.  
Qua  
nos sen  
his, et si  
in præ  
Occu  
gentes con  
in veritate,  
Euangelio.  
lapsus à  
Apostolu  
nihilomi  
firmat, v  
dem re  
& nos, q  
nem doce

Iustu  
diu sum  
citare u  
nem, cu  
deponi  
um, sic

## D. P E T R I.

existit. Quarè & ipsius regnum iure dicitur.

**Quapropter haud negligam  
uos semper commonefacere de  
his, et si periti & confirmati estis  
in præsenti ueritate.**

Occupatio est. Quia poterant forte  
gentes conuersæ dicere, se bene edoctas esse  
in veritate, id est, in Christi cognitione seu  
Euangelio, atq; adeò confirmatos esse, vt  
Iapsum à doctrina non pertimescerent.  
Apostolus fatetur id quidem verum esse,  
nihilominus tamen officium suum esse af  
firmat, vt sæpius imò semper ipsos de ea  
dem re commonefaciat. Hoc exemplum  
& nos, qui in scholis & in templis religio  
nem docemus, inuitemur.

**Iustum enim arbitror, quam  
diu sum in hoc tabernaculo, ex  
citare uos per commonefactio  
nem, cum scio breui futurum, ut  
deponam hoc tabernaculū me  
um, sicut & Dominus noster Ies  
sus**

E P I S T . I I .

Ius Christus indicauit mihi, sed  
& studebo, ut uos post exitum  
meum horum mentionem face-  
re possitis.

Tríplicem rationem reddit, cur peri-  
tos & confirmátos in veritate commone-  
faciat. Prima est, quod hoc requirat of-  
ficij eius ratio. Iustum est enim debitum of-  
ficium præstare. Secunda, quòd breui  
hanc ærumnosam vitam morte, id est,  
transitu ab his miserijs ad beatitudinem, sit  
commutaturus. Debet igitur fugacitas  
huius vitæ instar calcaris cuiusdam esse, ad  
fideliter strenueq; faciendum officium.  
Tertia, vt ípsí plenius edocti & sèpius ad-  
moniti possint horum mentionem facere  
post Apostoli exitum. Hæc & nos com-  
monefacere oportet, vt non solum curam  
habeamus Ecclesiæ, dum adhuc supersti-  
tes sumus, verum etiam vt posteritati con-  
sulamus: quòd perpetuò conseruetur do-  
ctrinæ puritas. Hoc fuisse studium Pro-  
phetarum & Apostolorum patet ex illo-  
rum monumentis.

Porro tabernaculum, suum corpus  
appellat, quo significatur imbecillitas stru-  
cturæ

œura hu  
migratio  
adūciunt  
m' est co  
ædonati

No  
tas fab  
fecimus  
st'i virtu  
spectato  
illius.

Cor  
in qua e  
rat, Opp  
lendum e  
se vere' no  
Christi viri  
oculis aspe  
statem Ch

Accen  
norem  
delata l

II.  
uit mihi, sed  
post exitum  
ationem face

D. P E T R I.

eturæ huius corporis, caduca conditio &  
migratio. Huic tabernaculo opponitur  
aedificium firmum & stabile, quale futu-  
rum est corpus nostrum, vbi immortalita-  
te donati fuerimus. Vide 2. Corinth; 5.

Non enim argutè excogita-  
tas fabulas secuti, notam uobis  
fecimus domini nostri Iesu Chri-  
sti uirtutem & aduentum, sed  
spectatores facti magnificentiæ  
illius.

Confirmatio est veritatis Euangelicæ,  
in qua eos paulò anteā confirmatos dixe-  
rat. Opponit autem argutis fabulis ad fal-  
lendum excogitatis, veritatem, affirmatq  
se verè notam fecisse ihs domini nostri Iesu  
Christi virtutem & aduentum, vt qui suis  
oculis aspicerit magnificentiam & maie-  
statem Christi in monte.

Accepit enim à Deo patre ho-  
norem & gloriam, uoce ad eum  
delata huiusmodi magnifica glo-  
ria:

E P I S T . II.

**ria : hic est Filius meus dilectus  
in quo mihi complacui.**

Vnum ex præcipuis testimonij de gloria Christi in medium adducit Apostolus, vt veritatem Euangelij eodem sufficiat, quò stet immota. De hoc gloriæ Christi testimonio scribitur Matth : 17. Nam postquam Christus se & doctrina & miraculis verum esse Messiam comprobasset, accessit & hoc testimonium Patris in monte, quemadmodum anteà in Baptismo, qui testatus est propria voce, hunc Iesum suum dilectum Filium esse, in quo sibi complacuit. Ita enim ait Pater : Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui, seu per quem sum placatus, Hunc audite. Hæc concio summam Euangelij continet, & quatuor partibus absolvitur, quarum Prima est, de persona Christi. Secunda, de differentia inter hunc filium Dei, & alios qui adoptantur. Tertia, de beneficijs huius filij Dei erga genus humatum. Quarta, de modo applicationis beneficiorum Dei.

De persona ita ait: Hic est Filius meus. His verbis tria insinuantur. Primum, quòd

quod la  
ra filii  
miseri  
ar de le  
hic Deu  
bus nat  
Ex  
hunc le  
que poss  
autem on  
est, Dei  
diatorem  
coniunct  
Paulus l  
ergo rei  
stræ na  
hinc x  
dientia C  
nitate. N  
ra & hu  
pendet p  
passioun  
de mors I  
redemptio  
qui est D  
ficiens iu  
tibus, qu  
Deus,

meus dilectu-  
lacui,

iis testimonij de-  
um adducit Apo-  
ngeli eodem sit-

De hoc gloria  
itur Matth: 17.  
se & doctrina &  
am comprobati-  
onum Patris in  
antea in Baptis-  
tice hunc Ie-  
suum esse, in quo si-  
im ait Pater, Hoc est  
i quo mihi compa-  
placatus, Hunc au-  
mmam Evangelij  
rtibus absolvitur,  
rsona Christi. Se-  
inter hunc filium  
antur, Tertia, de-  
erga genus huma-  
ndo applicationis  
ce est Filius meus  
ur. Primum,  
quod

### D. PETRI.

quod haec persona sit Deus, ut quae natu-  
ra sit filius Dei. Deinde, quod haec perso-  
na sit verus homo. Loquitur enim hic pa-  
ter de Iesu Mariæ filio. Tertium, quod  
hic Deus & Homo sit una persona in dua-  
bus naturis subsistens.

Ex his fides nostra Primum colligit  
hunc Iesum potentiores esse Satana, adeo-  
que posse efficere omnia, quae vult. Vult  
autem omnia, quae promittit, quia Deus  
est. Deinde, hinc alitur fiducia in Me-  
diatorem, quia est nobis naturæ societate  
coniunctus, natus ex semine Dauid, ut  
Paulus loquitur, secundum carnem. Vult  
ergo reuera nostram salutem, ut qui no-  
stræ naturæ sit particeps. Præterea fides  
hinc æstimabit precium passionis & obe-  
dientiæ Christi in ipsius sanctissima huma-  
nitate. Nam ex unione hypostatica, diu-  
næ & humanæ naturæ in uno Christo  
pendet precium & æstimatione omnium  
passionum & operum Christi. Est proin-  
de mors Iesu Christi sufficiens λύτρον pro  
redemptione nostri, quia est mors hominis,  
qui est Deus, est & obedientia Christi suf-  
ficiens iustitia, in salutem omnibus creden-  
tibus, quia est obedientia hominis, qui est  
Deus.

O 2 Diffe-

E P I S T . II.

Differentia inter hunc filium Dei & adoptiuos hac voce significatur, Dilectus. Est enim hic Patri dilectus in se & propter se. Quia natura est filius. Fideles autem omnes, qui filij Dei dicuntur, sunt quidem dilecti, sed in illo & propter illum, quia adoptionis sunt filij.

Beneficia huius filij Dei erga genus humanum, hac voce Patris significantur: In quo mihi benè complacui, seu potius, in quo placatus sum. Ut enim sine Christo Deus nobis irascitur: Ita per Christum Deus nobis reconciliatur & adoptat nos in filios. Erat, inquit Paulus, Deus in Christo, mundum sibi reconcilians. Item, Eum qui non nouit peccatum, fecit peccatum, ut nos fieremus iusticia Dei in ipso.

Modus applicationis beneficiorum Christi significatur mandato Dei dicentis: Hunc audite, Nam, qui hunc audierit & crediderit, saluus erit. Fides enim quæ est ex auditu, inducit hominem in possessionem beneficiorum Christi. Quia autem hoc mandatum obligat homines omnes ad obedientiam, vult reuera Deus omnium hominum salutem, sed per Christum.

II.

unc filium Dei i-  
ficatur, Dilectus  
us in se & propta  
. Fideles autem o-  
ritur, sunt quidem  
opere illum, qui

D. P E T R I.

stum. Nam qui hunc Christum non audi-  
uerit, sed contumaciter eius Euangeliū  
contemserit, æternū peribit, non consilio  
creantis Dei, Sed suapte culpa, quia dex-  
tram Dei, hoc est, Iesum Christum, sibi  
orrectam apprehendere noluit.

Et hanc uocem nos audiui-  
mus de cœlo delatam, cùm esse-  
mus unā cum eo in monte san-  
cto,

Petrus de se ipso, Iohanne & Iacobo  
loquitur. Hi enim tres fuerunt cum Chri-  
sto in monte, cum ibi transformaretur, &  
exhiberet specimen suæ magnificentiæ &  
gloriæ, idq; ideo factum est, vt post resur-  
rectionem Christi à mortuis huius magni-  
ficienziæ Christi testes essent. Quòd autem  
in monte cum Christo fuerint præsentes  
Helias & Moses, cum quibus & discipuli  
Domini aderant, significat, quòd vt Mo-  
ses adeoq; Prophetæ omnes vaticinati fue-  
rint de Christo venturo: Ita discipuli ipsi-  
us forent testes exhibiti Christi, atq; ita v-  
nus Christus scopus est Mosis, Prophetar-  
um omnium & Apostolorum.

O 3 Et

10

E P I S T . II.

Et habemus firmiorem sermonem propheticum, cui rectè facitis attentes, uelut lucernæ splendenti in obscuro loco, usq; dum dies illucescat, & Lucifer exoriatur in cordibus uestris.

Aliud testimonium adfert Apostolus de certitudine doctrinæ Euangelicæ, videlicet Propheticum sermonem. Omnes enim Prophetæ de Christo vaticinati sunt, & fuerunt interpres primæ promissionis: Semen mulieris conteret caput serpentis.

Cum autem h̄c pronunciat, Propheticum sermonem firmiorem, scilicet Euangeliō, per Apostolos prædicato, nō ita accipitendum est, quod propheticus sermo per se sit Euangeliō per Apostolos annunciatior, sed ita loquitur Apostolus hominum respectu, quib. scribit, apud quos doctrina Prophetarum absq; omni controuersia habebatur certissima. Quarē, cum viderent gentes conuersæ Euangelium per Apostolos prædicatum, cum Mosis & Prophetarum doctrina conuenire, libenterius

11.  
D. P E T R I.

tius illud amplexi sunt. Vult ergo Petrus,  
vt intueamur consensum Mosis & Prophetarum,  
& inde nostros animos confirmemus,  
ne dimoueamur à cognitione Christi,  
quæ nobis in scriptis Propheticis &  
Apostolicis commendatur. Hoc studium  
laudatur Actorum 17. in Bereensibus, de  
quibus ita ait Lucas: Fuerunt autem isti  
generosiores Thessalonicensibus, vt qui re-  
ceperint sermonem cum omni alacritate,  
quotidie scrutantes scripturas, an hæc ita  
se haberent. Multi igitur crediderunt ex  
Ihs, & græcæ mulieres honestæ, & viri non  
pauci. Cum ergo h̄ic Petrus, imo potius  
Spiritus sanctus per os Petri commendet  
nobis Prophetarum lectionem, nostri pro-  
fecto officij erit Spiritui sancto morem  
gerere.

Obseruetur præterea h̄ic pulcerrima  
collatio temporis promissi Christi sub  
Prophetis, & temporis exhibiti. Deinde  
collatio doctrinæ Propheticæ & Aposto-  
licæ. Tempus promissi Christi compara-  
tur nocti obscuræ, cuius veluti stellulæ  
quædam fuerunt Propheticæ conciones  
de Christo, sed tempus exhibiti Christi  
confertur claro diei, in quo Sol clarissimè  
lucet. Ut enim doctrina Prophetica tan-

O 4 quam

E P I S T . I I .

quam lucerna splendens erat in nocte: Ita Euangelium veluti aurora quædam lucidissima, diem adesse adeoq; ipsum solem, videlicet Christum, nunciat. Istius proinde Propheticæ lucernæ usus erit, ut tantisper ea utamur, donec lucifer & plena Christi cognitio oriatur in cordibus nostris, quæ sanè meræ tenebræ sunt sine lucernâ Prophetica & aurora Apostolica. Observetur ergo h̄ic discriminē inter doctrinam Propheticam & Apostolicam: Quarum illa lucernæ: hæc lucifero comparatur. Sunt enim Apostoli clariores Prophetarum interpretes.

Sed illud primum noueritis, quod nulla prophetia scripturæ sit priuati impulsus. Non enim libidine hominis allata est olim prophetia, sed spiritu Dei acti locuti sunt sancti Dei homines.

Hæc omnium maxima Propheticæ scripturæ est commendatio, videlicet quod prophetia non habeat homines autores, sed Deum ipsum, cuius spiritu acti & impulsi locuti sunt Prophetæ Dei.

Voca-

apud  
pulum,  
Verum  
pro im  
runtur  
seu age  
tuis  
ostendit  
Propheta  
certitudin  
veritas p  
accedit  
batio,

C  
SV

Q  
v  
tandem  
in Eccle  
stores, c

D. P E T R I.

Vocabulum ἐπίλυσις ambiguum est apud græcos, nunc enim impetum seu impulsum, nunc interpretationem significat. Verum antithesis aperte indicat, quod hic pro impetu accipiatur, quo homines ferruntur seu aguntur, ad aliquid dicendum seu agendum. Opponitur autem Spiritui sancto, qui autor est prophetæ, id quod ostenditur ex tribus, videlicet, ex perpetuo Prophetarum consensu, ex prædictionum certitudine, ex stupendis miraculis, quibus veritas prophetiarum est obsignata. Huc accedit Christi & Apostolorum approbatio.

# CAPVT SE CVNDVM.

## SVMMA CAPITIS SECUNDI.

**Q**uemadmodum in veteri populo fuerunt falsi prophetæ, qui poenas tandem suæ luerunt impietatis: Ita etiam in Ecclesia noui Testamenti falsi erunt doctores, quibus Deus non parcat, sed ut O s pios

EPIST. II.

pios potenter eripiet: Ita falsos doctores  
cum ihs, qui ab ipsis seducuntur, iuste pu-  
niet.

ORDO ET PARTES CA-  
PITIS SECUNDI.

Primum prædictit fore falsos doctores  
in Ecclesia, sicuti fuerunt in veteri po-  
pulo, sed hos suo tempore puniendos di-  
uinitus, multis confirmat exemplis. Dein-  
de, interposita consolatione de liberatione  
piorum, longam attexit falsorum docto-  
rum descriptionem. Tum de ihs agit, qui  
per falsos doctores seducuntur, quorum  
conditionem deteriorem fore, quam erat  
ante conuersionem, prædicit.

EXEGESIS CAPITIS  
SECUNDI, CVM OBSERVA-  
tione doctrinarum.

Fuerunt autem & pseudopro-  
phetæ in populo, quemadmo-  
dum & inter uos erunt falsi do-  
ctores, qui introducent hæreses  
perditionis. Etiam Dominum,  
qui ipsos redemit, abnegantes,  
accer-

D. PETRI.

accersentes sibi ipsis celerem interitum, & multi sequentur eorum exitia, per quos via ueritatis blasphemabitur, & in auaritia fictis sermonibus uos negociabuntur, quibus damnatio iam olim non tardat, & quorum exitium non dormitat.

Hæc pericopa sex membra habet de pseudoprophetis seu falsis doctoribus, quorum singula suam doctrinam & admonitionem continent.

Primum itaq; membrum est prædictio, videlicet quod quemadmodum in veteri populo, hoc est Israëlitico, stante adhuc república Mosis, fuerunt varij pseudoprophetæ : Ita sint futuri in Ecclesia falsi doctores, quod etiam ipse Dominus prædixit. Hic primum Satanæ tyrannis cogitanda est, qui non sinit Ecclesiam quietam esse, sed semper eam conatur erronea turbare doctrina. Quemadmodum enim primos parentes nostros in paradiſo sophistica est adortus ; ita etiam perpetuò

vñq;

10

E P I S T . II.

usq; ad diem iudicij Ecclesiæ infidiabitur.  
Quare, nostra refert Christo domino obtemperare, qui iubet ut caueamus nobis à falsis prophetis, utq; vigilemus & oremus. Deinde, hoc vaticinio confutatur Staphilus, qui definit Ecclesiam cœtum esse hominum, in quo nullæ sunt diuersæ opiniones, nullæ sectæ, nulla schismata, quæ eius opinio manifestissimè hoc Petri dicto refellitur. Præterea & Christus prædixit fore, ut inimicus homo iaceret zizaniorum semina in agrum triticiferum, hoc est, spargeret hæreses in Ecclesiam. Et Paulus Christi apostolus Corinthiacam Ecclesiam agnoscit esse Christi Ecclesiam, in qua tamen non paucæ fuerunt sectæ, Quemadmodum videre est in Epistolis ad Corinthios scriptis. Adhæc admonemur, ut Iohannes etiam monet, ut discernamus spiritus, an à Deo sint, caueamusq; iuxta mandatum Christi à falsis Prophetis.

Secundum est indicatio studij falso-rum doctorum. Introducent, inquit, hæreses perditionis: abnegabunt Dominum qui eos redemit: facient ut blasphemetur via veritatis, hoc est, sanctum Christi Euangelium.

Hære-

H  
vi quo  
panem  
puræ,  
partem

El  
alicuiu  
fundam  
Sunt erg  
licet erro  
pertinaci  
stinus; C  
aliquid.  
piunt, l  
ant, re  
dogm  
perfici  
eratibus  
est discipi  
hærelin,  
etrami  
satur ve  
Ab  
videlic  
bus, I  
num T  
quos A

lelxæ infidibitum,  
risto domino ob-  
caueamus nobis à  
vigilemus & ore-  
ticinio confutatur  
Ecclesiam coetum  
ullæ sunt diuerſa  
nulla ſchismata,  
illime hoc Petri  
& Christus pre-  
mo iaceret ziza-  
niaciferum, hoc  
celiam. Et Pau-  
Corinthiacam Ec-  
hristi Eccleſiam, in  
cæ fuerunt ſedæ,  
ere eft in Epifto-  
is. Adhac admo-  
nmonet, vt di-  
Deo ſint, caue-  
Christi à fallis  
atio ſtudij fallo-  
cent, inquit, he-  
bunt Dominum  
vt blaſphemetur  
im Christi Euan-

## D. PETR I.

Hæresis, etſi medium vocabulum eſt,  
vt quod nunc in bonam, nunc in malam  
partem accipiatur, Tamen ſæpius vſu ſcri-  
pturæ, quia diſſentionem notat, in malam  
partem accipitur.

Est autem hæresis ſelectio & defenſio  
alicuius errorei dogmatis, pugnantis cum  
fundamento, cum pertinacia coniuncta.  
Sunt ergo duo, quæ hæreſin faciunt, vide-  
licet error cum fundamento pugnans, &  
pertinacia ſeu contumacia. Hinc Augu-  
ſtinus: Qui in Eccleſia Chriſti morbidum  
aliquid, id eſt, periculouſum prauumq; ſa-  
piunt, ſi correpti, vt ſanum rectumq; ſapi-  
ant, reſiſtunt contumaciter, ſuaq; peſtiſera  
dogmata emendare nolunt, ſed deſenſare  
perſiſtunt, hæretici ſunt & habentur in ex-  
erçitibus inimicis. Ex hoc maniſteſtum  
eſt diſcriſmen inter ſimpliсem errorem &  
hæreſin. Ille corrigibilis eſt per ſanam do-  
ctrinam, hæc pertinaciter reſiſtit & aduer-  
ſatur veritati.

Abneгatio domini tribus fit modis,  
videlicet, profeſſione, doctriна & mori-  
bus. Profeſſione abneгauerunt Domi-  
num Turcae, Iudei, prophanæ gentes,  
quos Auguſtinus vno nomine Paganoſ  
appel-

Hæ-

10

E P I S T . I I .

appellat, propterea quod non sint milites  
in Ecclesia Christi arma sumentes spiritua-  
lia, aduersus Diabolum & eius membra.  
Doctrina abnegant Dominum, qui articu-  
los fidei conuellunt, aut aliquam doctrinæ  
partem, quæ ad fundamentum pertinet,  
deprauant. Moribus abnegant Domi-  
num, qui vel hypocrisi, vel superstitione  
cultu, vel Epicurea securitate, vel prophâ-  
nitate vitæ ipsum negant. Hi enim quod  
verbis profitentur factis abnegant, abo-  
minabiles & ad omne bonum opus re-  
probi.

Tertium est fructus hæreseos, qui est  
multorum certus interitus. Multi, inquit,  
sequentur eorum exitia. Nam non solum  
autores sectarum peribunt, verum etiam  
qui ab illis in errorem seducuntur. Quem-  
admodum saepe Propheta Ezechiel indi-  
cat, & hic Petrus clare affirmat. Hoc pul-  
cre pingitur in exitio Datan, Chore &  
Abiron. Nam hi non soli, sed omnes qui  
ijs adhæserunt, hiatu terræ absorpti sunt.  
Interest igitur piorum omnium, ut summa  
cura sibi caueant, ne hæreticorum im-  
posturis inuoluantur, atq; ita cum ipsis, sua  
culpa pereant.

Quar-

bus mali  
radix. V  
er est pl  
ficat, &  
tia profec  
quippia  
bus, in p  
superiore  
vektroll die  
  
Quin  
reticij inca  
Fictis ser  
fictos se  
las intell  
bus tan  
nem abu  
drare in A  
coccus el. F  
finitas opes  
eis aurun  
tantes, in  
qui mend  
Petrifucc  
que hoc  
um de n  
magis co

II.  
I non sint milie  
umentes spiritua  
& eius membra,  
unum, qui articu  
liquam doctrinæ  
tentum pertine  
bnegant Domi  
vel superstitio  
te, vel propheta  
Hi enim quod  
onegant, abo  
num opus re

s hærefoes, quæf  
us. Multi, inquit,  
Nam non solum  
it, verum etiam  
cuntur. Quem  
Ezechiel indi  
nat. Hoc pul  
tan, Chore &  
sed omnes qui  
e absorpti sun  
uum, ut summa  
eticorum impo  
a cum ipsi, ha

Quar.

D. PETR I.

Quartum, hærefoes causa in homini  
bus malis est auaritia omnium malorum  
radix. Vocabulum, quo Apostolus vti  
tur est pleonexia, quæ & auaritiam signi  
ficat, & peculiariter est vitium ab insolentia  
profectum, quo quis in re præcipuum  
quippam habere appetit, vt in honoribus,  
in præmij, in consilijs. Breuiter, qui  
superiores partes semper sectantur πλεο  
νέται dicuntur.

Quintum, Modus indicatur, quo hæ  
retici incautos fallere solent. Ita enim ait:  
Factis sermonibus eos negociabuntur. Per  
factos sermones astutè excogitatas fabu  
las intelligit, quibus vsi hæretici, homini  
bus tanquam pecoribus ad nundinatio  
nem abutentur. Qui hæc verissimè qua  
drare in Papatum non cernit, plusquam  
coecus est. Hac enim negociandi ratione in  
finitas opes cumulârunt, fumis & menda  
cijs aurum, argentum & prædia commu  
tantes, in hac nundinatione primas tenet,  
qui mendaciter & impudenter se Simonis  
Petri successorem iactitat. Obseruetur ita  
que hoc loco grauissimum hoc vaticini  
um de nundinatione hac Papistica, quod  
magis confirmati Belluam istam Roma  
nam

4  
10

E P I S T . II.

nam fortiter contemnamus cum omnibus  
anathematis excommunicationibus & ex-  
ecrationibus.

Sextum, Est poena, quam hæretici  
olim patientur. Quibus, inquit, damna-  
tio iam olim non tardat, & quorum exi-  
tium non dormitat. Hoc sextum mem-  
brum nonnullis exemplis illustrat Apo-  
stolus, quemadmodum in textu sequitur.

Nam si Deus angelis, qui  
peccauerunt, non pepercit, sed  
catenis caliginis in tartara de-  
trusos tradidit, ad damnatio-  
nem seruatos.

Exemplo confirmat puniendos hære-  
ticos. Deus puniuit angelos peccantes. Er-  
go multò magis puniet homines hæreti-  
cos. Catenam caliginis vocat miserrimam,  
& horribilis terroris plenam conditionem  
malorum spirituum, qui densissima caligi-  
ne quasi catenis constricti seruantur in iu-  
dicum. Metaphora sumta est à facinoro-  
sis & damnatis, qui in carceris foedore reti-  
nentur constricti, donec ad ultimum sup-  
plicium pertrahantur.

Et prisco

11.

mus cum omnibus  
unicationibus & c.

ena, quam hæreti-  
us, inquit, damna-  
at, & quorum an-  
Hoc sextum mar-  
lis illustrat Apo-  
textus sequitur.

ngelis, qui  
percepit, sed  
tartara de-  
dammatio-

puniendos here-  
is peccantes. Er-  
omines hæreti-  
at miserrimam,  
in conditionem  
enfiliū caligi-  
seruantur in in-  
est à facinor-  
eris foedore re-  
d vltimum sup-

Epiroco

D. PETRI.

Et prisco mundo non pe-  
percit, sed octauum Noë iusti-  
ciæ præconem seruauit, dilu-  
vio in mundum impiorum in-  
ducto.

Alio exemplo confirmat hæreticos  
adeoç̄ omnes impios puniendos. His-  
toria, cuius hic meminit Petrus, legatur Ge-  
neseos 7. Hæc verba, octauum Noë iusti-  
ciæ præconem, distinctè intelligenda sunt.  
Est enim sensus. Noë octauus, id est, ipse  
Noë cum septem alijs seruatus est à dilu-  
vio per arcā. Hic Noë fuit iusticiæ præ-  
co, impletus spiritu Christi, dum ferè cen-  
tum & viginti annos impios sui temporis  
commonefaceret de ventura super ipsos  
ira Dei, nisi resipiscerent.

Et ciuitates Sodomorum &  
Gomorræ in cinerem redactas  
subuersione damnauit, fecitç ut  
essent exemplar eorum, qui im-  
piè sunt uiicturi.

Hæc historia habetur Genes. 19. quæ  
P. est

4  
10

E P I S T . II.

est testimonium iræ Dei aduersus libidines, quas vt verè abominatur Deus: Ita serio tandem puniet. Nam cùm has Sodomiticas libidines punit, non est dubium quin etiam sit puniturus hæreticos, qui spirituale adulterium committunt, & multos ab amplexu Dei abstrahunt. In historia de Sodoma & Gomorra peculiarter obseruetur, quòd Dominus ab Abrahamo rogatus, voluisset propter decem iustos pepercisse ciuitatibus istis. Vnde sequitur, Deum multis malis haud rarò parcere propter paucos bonos, qui suis precibus iram Dei auertunt. Cùm autem addit: Fecitq; vt essent exemplar eorum, qui impiè essent victuri, Docet quòd omnes historiæ de calamitatibus hominum & pœnis peccatorum sint nobis commonefactiones de imminentibus nobis propter peccata supplicijs, nisi mature resipiscamus. Punita est libido Sodomæ, punientur ergo & nostri seculi horrendæ libidines.

Punita est tyrannis Juliani, proinde nec alij hostes Ecclesiæ euadent, quin puniantur. Punitus est Heli ob malam familiæ gubernationem. Pœnas ergo & hodie dabunt, qui suos liberos in admonitione

&

& comp  
Apofoli  
Ierbus iu  
nibus est  
in alio, nu  
vloris i  
lerum vi  
qui à fu  
nientia a

Et i  
nephari  
fatigat

Hæ  
pertiner  
enim op  
imp̄s, ca  
enim semp  
Genel. 1  
exemplum  
namus no

Na  
stus ill  
los qu

II.

ei aduersus libidi-  
natur Deus: lu-  
Nam cùm has So-  
nit, non est dubi-  
uitur hæreticos,  
in committunt, &  
abstrahunt. Inhi-  
morra peculiari-  
minus ab Abra-  
propter decem  
siftis. Vnde se-  
shaud raro par-  
os, qui suis preci-  
Cum autem ad-  
emplar eorum, qui  
ocet quòd omnes  
bus hominum &  
nobis commone-  
us nobis propter  
nature refipifica-  
domæ, punien-  
orrendæ libidi-

Iuliani, proinde  
adent, quin pu-  
ob malam fami-  
nas ergo & hodie  
in admonitione  
&

D. PETR I.

& correptione Domini iuxta consilium  
Apostoli non erudiunt, atq; ita de alijs sce-  
leribus iudicandum est. Nam Deus immu-  
tabilis est, quod in vno puniuit, puniet &  
in alio, nisi pœnitentia peccatoris manum  
vltoris retraxerit. Nam vt iustus est sce-  
lerum vindicta: ita misericors est in omnes,  
qui à sua iniusticia discedentes, vera pœ-  
nitentia ad se conuertuntur.

Et iustum Loth libidinosæ  
nephariorum conuersatione de-  
fatigatum eripuit.

Hæc antithesis ad consolandos eos  
pertinet, qui inter impios viuunt. Tametsi  
enim opprimi ad tempus videntur pñ ab  
impis, tamen Deus suos non deserit. Est  
enim semper sibi similis. Historia legatur  
Genes. 19. Præter alia moneat nos præsens  
exemplum, ne multitudinis contagione si-  
namus nos contaminari.

Nam oculis & auribus iu-  
stus ille, cum habitaret inter ip-  
sos quotidie, animam iusti ini-

P 2 quis

4

10

E P I S T . I I .

**quis illorum operibus excrucias-  
bat.**

Ratio defatigationis iusti Loth. Quocunq; ( inquit ) aures aut oculos applicuit, ea & audiuit & vidit, quæ ipsum miserrimè torquebant. Vbiq; enim iniqua Sodomitarum opera cernebantur & audiebantur. Hic sensus huius loci simplissimus est. Vetus interpres cum reddit: aspectu enim & auditu iustus erat ( hoc est, habuit oculos & aures abhorrentes ab omni turpitudine ) peruerit Apostoli sententiam. Nam articulus in græco textū hanc interpretationem non patitur. Ostendit enim articulus, quod vox iustus, sit subiectum & excruiciabat, prædicatum, ablatiui oculis & auribus, siue ad verbum visu & auditu ad modum referuntur. Nam videndo & audiendo, hoc est, dum vidit & audiuit illorum nepharia opera, animam iustum cruciabat. Hæc hypothesis hanc admonitionem suppeditat, quod iusti & pñ iniquis nephariorum operibus crucientur, idq; tribus de causis. Quarum prima est Dei contumelia. Nam cum maximo animi dolore audiunt Deum ab hominibus contumelia affici, quos condidit in su-

II.  
bus excrucia  
s iusti Loth. Quo-  
ut oculos appli-  
cidit, quæ ipsum  
Vbiq; enim ini-  
cenrebantur &  
uius loci simpli-  
es cum reddit;  
is erat (hoc est,  
norientes ab o-  
tit Apostoli sen-  
s in grec textu  
on patitur. Omen-  
d vox iustus, si-  
at, prædicatum,  
sue ad verbum  
um referuntur.  
, hoc est, dum  
epharia opera,  
Hæc hypothe-  
ppeditat, quod  
orum operibus  
ausis, Quarum  
Nam cum ma-  
it Deum ab ho-  
quos condidit  
in su-

D. P E T R I.

in suam gloriam. Secunda, Satanæ tyran-  
nis, qua captiuū tenentur impij. Tertia est  
damnatio eorum iustissima, qui nefariè  
vivunt, militantes peccato, à quo reporta-  
bunt obsonia æternos cruciatus.

Nouit Dominus pios è ten-  
tatione eripere, iniustos autem  
in diem iudicij puniendos ser-  
uare.

Ratio punitæ impietatis in hostibus  
Dei, & erepti iusti Loth de medio incen-  
dio. Sumitur autem hæc ratio ab immo-  
to decreto Dei, à quo nunquam discedat  
Deus. Nam vt pios semper tuetur, eosq;  
è periculis, et si non semper eodem modo,  
eripit; Ita impios & iniustos adeoq; impœ-  
nitentes puniendos seruat, donec tempus  
correptionis aduenerit,

Hæc vt pījs in medijs ærumnis con-  
solationem summam adferunt; Ita merito  
impijs & impœnitentibus horrendum ter-  
rorem incutiunt, eosq; monent, vt poenitentia  
seria iustum iudicis iram anteuer-  
tant. Verbum noticiæ hoc loco significat  
sententiam Dei, consequentem noticiam,

P 3 qua

4

10

E P I S T . II.

qua sententia ut iustos decreuit è periculis eripere; Ita statuit impios ad poenam reseruare. Porro, h̄c opus est, vt diligenter distinguamus eripiendi modos. Sunt aut̄ tres modi, quibus Deus solet pios è medio periculorum eripere. Primus est, cùm ipsos ex hac vita euocat, antequam veniant poenæ. Secundus modus est, cùm ipse Deus pios seruat inter fluctus & procellas poenarum. Tertius modus est, cùm Deus interiorē infundit cordibus piorum consolationem, quæ est victrix ærumnarum. Cùm vel ab impijs afficiuntur supplicio, vel vñā cum colluione impiorum affliguntur.

Præsertim uero illos, qui post carnem in concupiscentia pollutionis ambulant, dominationes despiciunt, audaces, præfracti, qui excellentias non uarentur probro afficere.

Redit ad hypothesin, à qua nonnihil ad thesin deflexerat, & significat fore, ut falsi doctores iustum poenam aliquando sint daturi, Recenset autem h̄c quasdam notas,

notas, q̄  
nestare  
rum, &  
monstrare  
et̄cōp̄ con  
luunt, q̄  
quām co  
earum co  
aures turp  
gistratum  
bus, vt Hel  
Hennici col  
ba ex impi  
alpidem 8

Fra  
placentes  
tinaces, in  
satione aut  
autem grae  
&c. deu. pla  
tis aliorum  
dret in Pa  
vſcq̄ adeo  
tur, vi no  
pheticæ 8

Porr

decreuit è periculis ad poenam referit, ut diligenter di-  
odos. Sunt autem tres et pios è medio pe-  
nus est, cum ipsos quam veniant pa-  
st, cum ipse Deus & procellas pa-  
st, cum Deus in-  
us plorum con-  
fix arumnarum.  
truntur suppicio,  
ne impiorum affli-

## D. PETRI.

notas, quæ tamen non conueniunt in om-  
nes hæreticos, sed tantum in ordinem cer-  
tum, & videtur quasi digito Papatum  
monstrare. Nam hi spreto honesto san-  
ctoꝝ coniugio nefandis libidinibus se pol-  
luunt, quas satius est silentio præterire,  
quam commemorare. Nam supra modum  
earum commemoratio, honestas & pias  
aures turpitudine offendit. Deinde, ma-  
gistratum contemnunt, & calcant pedi-  
bus, ut Hellebrandi successor, qui Cæsaris  
Henrici collum pede conculcans, hæc ver-  
ba ex impuro suo rostro eructauit: Super  
aspidem & Basiliscum ambulabis.

Præfracti græcè ἀνθάδεις, hoc est, sibi  
placentes, aliorum contemtores, sunt per-  
tinaces, intractabiles, qui nullius conuer-  
satione aut consilio capiuntur. Dicitur  
autem græca vox ἀνθάδης ab ἀντος ipse,  
& ἀδεη, placere, quasi sibi ipſi placens spre-  
tis aliorum iudicij, hoc quam verè qua-  
dret in Papatum, nemo non videt. Nam  
vſq; adeò sua placita ac decreta admiran-  
tur, ut non vereantur ea scripturæ Pro-  
pheticæ & Apostolicæ anteponere.

Porro, cum concupiscentiam cum  
P 4 epi-

E P I S T . I I .

epitheto pollutionis nominat, manifeste  
distinguit eam à naturali non excedente  
suos limites, & à spirituali, quæ filiorum  
Dei propria est. Vocat autem hīc concu-  
piscentiam pollutionis ab effectu, ut quæ  
polluat animum hominis, eumq; impurum  
reddat. Huic ergo opponitur pura &  
sancta concupiscentia.

Cūm ipsi angeli, qui sunt ro-  
bore & potentia maiores, non  
ferant coram Domino contus-  
meliosum iudicium.

Quò magis coarguat eos, qui digni-  
tates contemnunt, producit exemplum bo-  
norum angelorum, qui non saltem, vt mi-  
nistri Dei regnis seruandis præficiuntur,  
verum etiam reuerentur dignitates, adeò  
vt non ferant ullum blasphemum iudici-  
um aduersus dignitates, multo minus er-  
go hoc in hominibus ferendum est. Vi-  
detur autem Petrus respicere ad historiam,  
quæ est 3. Regum capite 22. vbi nullum  
conuictum ab angelis profertur aduersus  
impium regem Achab. Hoc exemplum  
pñ ministri verbi imitari debebunt, digni-  
tates

I.

Ominat, manifesti  
rali non excedent  
uali, quæ filiorum  
autem hic concu-  
ab effectu, vt qua-  
nis, eumq; impo-  
ponitur purus.

qui sunt ro-  
naiores, non  
omino contus-  
um.

arguat eos, qui digni-  
oducit exemplum bo-  
ui non saltem, ut mi-  
ndis præficiuntur,  
ur dignitates, adeò  
asphehum iudici-  
s, multo minus er-  
ferendum est, Vi-  
oicere ad historiam  
te 22. vbi nullum  
profert aduersus  
Hoc exemplum  
debet, digni-  
tates

D. PETRI.

tates habebunt in honore, ita tamen ut sce-  
leribus eorum non parcant, sed ea pruden-  
ter arguant ut Nathan, ut Baptista, ut Ie-  
remias &c.

Isti autem tanquam bruta  
animantia naturaliter genita in  
capturam & perniciem, in qui-  
bus nihil intelligent, maledicen-  
tes in sua corruptione peribunt,  
recipientes mercedē iniusticiæ.

Confert falsos doctores, de quibus  
hī sermo est, brutis animalibus, eo quod  
nec consilio nec ratione, ne dum spiritu  
Dei regantur, sed cœco ad beluinas volu-  
ptates ferantur impetu. Quemadmodum  
ergo feræ capiunt alias, & capiuntur vicis-  
sim ab alijs: Ita falsi doctores cum alios im-  
pia doctrina perdiderunt, ipsi quoq; peri-  
bunt. Atq; hoc est quod subiungit, mer-  
cedem recipientes suæ iniusticiæ. Suis enim  
perditis & corruptis moribus, vt alijs sunt  
exitio: Ita certum sibi ipsis accersunt in-  
teriorum. Notetur mercedis vocabulum  
pro supplicio accipi, quod iuste debetur  
pro malefactis.

P s Pro

4

10

E P I S T . II.

Pro uoluptate ducentes quo-  
tidianis frui delitij.

Longam descriptionem instituit, in  
qua suis veluti coloribus depingit falsos  
doctores, quales prædixit in mundum  
venturos esse. Pertinet autem hæc descri-  
ptio eò, ut ostendat falsos doctores nihil  
aliud quam carnem sapere, cuius deside-  
ria etiam faciunt. Itaq; primum locum  
occupat summam voluptatem ducere  
quotidianis frui delitij. Significat ergo  
falsos doctores similes fore procis Penelo-  
pæ, & porcis Epicuri. At pñ hñc memine-  
rint dicti Syracidæ : Qui voluptatibus  
resistit, coronat vitam suam. Execrentur  
itaq; pñ dogma Epicuri, qui in voluptate  
summum hominis bonum posuit, & huic  
impuro porco opponant castissimum Phi-  
losophum Ciceronem, qui ita ait : Si quis  
voluptatem esse sumnum bonum dixe-  
rit, eius vox pecudum videtur esse & non  
hominum.

Labes & maculæ delicians-  
tes in fraudibus, dum conuiuan-  
tur uobiscum,

Hæc

Ha  
tañt  
adib  
raue leg  
videtur  
õntai èn  
swðx  
vefris  
cabantu  
flastic  
pauperib  
wyanou  
comple  
tes. Di  
pk. In  
las futu  
dores,  
natur, q  
tum qua  
ral & vr  
vio priua  
cam horr  
non solc  
foedant,  
stum co  
commac

II.  
luentes quo;  
s.  
onem instituit, in  
is depingit falsos  
xit in mundum  
utem hæc descri-  
os doctores nihil  
e, cuius deside-  
primum locum  
ptatem ducere  
. Significat ergo  
ore prois Penelo-  
At p̄dīcā memine-  
Qui voluptribus  
suam. Execren-  
i, qui in voluptate  
um posuit, & huic  
caſtissimum Phi-  
lita ait: Si quis  
i bonum dixe-  
detur esse & non  
  
læ deliciam  
in conuiuan-

D. PETRI.

Hæc græcorum verborum interpre-  
tatio est ad verbum, vt nunc est in græcis  
codicibus, sed vetus interpres pro ἀγάπαις  
legit ἀγάπαις, quæ lectio germana  
videtur, ex Epistola Iudæ, vbi sic scribitur,  
ὅντοι εἰσὶν ταῖς ἀγάπαις ὑμῶν τοιλάδες  
σωθιχώμενοι. Hoc est, Hi sunt in agapis  
vestris maculæ vobiscum epulantes. Vo-  
cabantur autem & ea conuiuia, quæ Eccle-  
siastico coetui apparata fuere, & ea quæ  
pauperibus refocillandis exhibebantur  
ἀγάπαι, propter caritatem, qua se mutuo  
complectebantur Christiani conuiuan-  
tes. Dicta est & sacra coena à græcis ἀγά-  
παι. In his sacrís conuiujs, labes & macu-  
las futuros prædicti Petrus falsos istos do-  
tores, de quibus hîc potissimum vatici-  
natur, quam autem appositè hoc in Papa-  
tum quadret manifestum est. Nam isti  
rasū & vnci sacrificuli ex publico conui-  
uio priuatum faciunt, ac coenam Domini-  
cam horrendis maculis contaminant, dum  
non solum histrionicis gestibus omnia  
fœdant, verum etiam sacrilega in Chri-  
stum contumelia institutionem Domini  
commaculant.

Ocu

Hæc

4

10

E P I S T . II.

Oculos habentes plenos adulterij, & inquietos à peccato.

Insignem libidinem vocat, quæ in ipsorum oculis apparet. Sunt enim oculi omnium affectuum infallibiles testes, quemadmodum ille ait: Oculi sunt in amore duces. Et Augustinus: Oculus impudicus impudici cordis est nuncius. Has libidines præferunt Romanenses sancto & impolluto coniugio, in contumeliam Dei ordinantis coniugium, & abominantis omnes uagas libidines.

Inescantas animas instabiles.

Hoc est, quemadmodum aucupes suis quibusdam illecebris in rete pelliciunt auiculas: ita falsi doctores homines simplices sua superstitione sibi adiungunt, ut ita tandem enescati miserè cum ipsis autoribus pereant. Hoc in Monachos optimè quadrat, qui vanis pollicitationibus multos in sua lustra pertraxerunt.

Cor exercitatum avaritia habentes,

Nota-

11.  
D. P E T R I.

Notatur inexplebilis auaritia falsorum doctorum, de quibus hic agit Apostolus, quos ita ad rapinas exercitatos fore prædicit, ut facile multorum odes mendacij ad se pertrahant. Hinc collectum est maximum illud patrimonium, quod Petri vocant.

Execrationis filij, qui relicta recta uia aberrarunt, secuti uiam Balaam, filij Bosor, qui mercedem iniusticiæ amauit. Sed redargutionem suæ iniiquitatis sustinuit: animal subiugale, mutant, humana uoce loquens prohibuit Prophetæ dementiam.

Comparat falsos doctores Balaam, qui linguam habuit venalem ad maledicendum populo Dei, cuius insaniam Deus miraculo prodidit. Nam cum Balaam proficeretur ut malediceret populo Dei, Angelus Domini ei occurrit, & asina, quæ vectus est, auari Prophetæ dementiam humana voce locuta coarguit. Historia legitur Nume. 22. Adumbrat igitur Balaam omnes

Nota

E P I S T . 11.

omnes Prophetas & falsos doctores, qui amore non Christi, sed honoris causa & quæstus omnia agant.

Isti sunt fontes aqua carentes, nebulæ à turbine agitatæ.

Duobus similibus ingenium falorum doctorum depingit. Primum enim eos fontibus aqua carentibus confert, qua similitudine significat falsos doctores iactare scientiam salutis, cum tamen eius vacui sint, & pro salutis aqua interitum propinant. Deinde eosdem nebulis vento agitatis comparat. Nam quemadmodum nubes, quæ spem aliquam pluviæ mortibus præbet, mox in ventum dissipatur: Ita falsi doctores aliquam faciunt cœlestis doctrinæ spem, sed solo vento & arrogantia turgent. Similitudo hæc Proverb: 25. hoc pacto absolvitur: Nubes & ventus est sine pluviâ, qui gloriantur pollicendo, & nihil præstant. Hoc quâm rectè in Canonicos & Papisticos, & Monachos competit, vt interim nihil de Episcopis & Cardinalibus dicam, nemo est qui non videat, pollicentur suis pompaticis ceremonijs salutem & vitam, sed qui eos sequuntur nihil.

11.  
Ilos doctores, qui  
i honoris causa &  
s aqua carens  
ne agitatae,  
ingenium falso-  
Primum enim  
bus confert, qua-  
los doctores ia-  
m tamen eius va-  
qua inuenitum pro-  
lem nebulis vento  
in quemadmodum  
uam pluviae mon-  
ventum dissipatur:  
in faciunt coelestis  
vento & arrogan-  
hæc Proverb; 25.  
Nubes & ventus  
antur pollicendo,  
quam recte in Ca-  
Monachos com-  
Episcopis & Car-  
est qui non videat,  
icis ceremonijs se-  
eos sequuntur  
hil

D. P E T R I.

hil inueniunt præter damnationem &  
mortem.

**Quibus caligo tenebrarum  
in æternum seruata est.**

De pœnis falsorum doctorum obiter  
admonet Apostolus, idq; in hunc finem,  
ut caueamus nobis quam diligentissime  
ab ipsorum insidijs. Nam ut suprà di-  
ctum est, qui seducuntur à falsis doctori-  
bus, in eandem cum illis incurunt dam-  
nationem. Caligo tenebrarum significat  
densissimas tenebras ignis obscuri, vrentis  
eos, qui damnantur, quæ pars quædam est  
pœnarum æternarum.

**Nam fastuosa uanitatis uer-  
ba sonantes inescant cupiditati-  
bus carnis & lasciujs eos, qui  
uerè aufugerant ab ihs, cui in er-  
tore conuersantur, libertatem  
eis promittentes, cùm ipsi sint ser-  
ui corruptionis.**

Cur falsos doctores nebulis compa-  
ret, exponit. Fastuosa, inquit, sonant, sed in  
aërem abit istorum fumus. Videtur autem  
hic Petrus non solum Papatum describe-  
re, ve-

E P I S T . II.

re, verum etiam sectam Libertinorum, qui  
hac nostra ætate in finibus Italiæ multos  
decipiunt, promittentes libertatem omni-  
bus, qui degunt in concupiscentijs carnis,  
& lasciujs se omnis generis polluunt, mo-  
dò non statuant se peccare. Talis fuit olim  
secta Gnosticorum, qui multos qui iam ab  
erroribus Ethnicorum aufugerant, rursus  
in præcipicium omnis incontinentiæ præ-  
cipitauerunt. Papistæ qui se omni lasciujæ  
prostituunt, & quovis libidinis genere  
polluunt, hæc Petri verba in pios Euange-  
lij præcones torquent, ac si huiusmodi li-  
bertatem carnis suis sectatoribus pollicer-  
entur. Sed fallunt, & falluntur. Nequa-  
quam enim prædicamus libertatem pec-  
candi, sed prædicamus libertatem à iure  
peccati & damnationis omnibus ijs, qui  
ad Christum liberatorem fide confugiunt,  
iuxta illud: Si Filius vos liberauerit, vere  
liberi eritis. Veram libertatem opponit  
inaní titulo & vmbrae libertatis. Sunt  
enim illi vere liberi, quibus peccatum de-  
letum est. Iohan: 8. Quibus placata ira  
Dei est, quibus abolita mors est, quibus  
sublatæ omnes calamitates humanæ, qui-  
bus donata est iusticia æterna, lux, vita,  
gloria. Deinde prædicamus mortificatio-  
nem

nem v  
prauor  
circum-  
fation  
dem ex  
mines  
tiām, l  
quadra  
corrupt  
prostitut  
ip̄i non h  
tunt. Pro  
sed per al  
sum Chr  
nes mer  
quibus  
dum pi  
vitam &  
hoc loco  
qui dicunt  
dem non p  
ctum, qua  
nus penit

Sig  
ratus el  
tem est

Libertinorum, quibus Italæ multos libertatem omnium cupiscentijs carnis, teris pollunt, morire. Talis fuit olim multis qui iam ab aufugerant, rursus continentia præse omni lasciviae libidinis genere paupios Euangelii huiusmodi li- citoribus pollicebus falluntur. Nequa- nius libertatem per- us libertatem à iure is omnibus ipsi, qui in fide configunt, s liberauerit, verè libertatem opponit libertatis. Sunt bus peccatum de- quibus placata ira mors est, quibus res humanæ, quæ eterna, lux, vita, nus mortificatur.

## D. P E T R I.

nem veteris hominis, id est, iugulationem prauorum affectuum, quæ est spiritualis circumcisio, & prædicamus veram sanctificationem spiritus, & aperte fatemur fidem exuti & Spiritum sanctum, cum homines peccatis indulgent contra conscientiam. Multò igitur rectius haec in Papistas quadrant, qui non solùm ipsi sint serui corruptionis, omni turpitudinis generi se prostiuentes, verum etiam illud, quod ipsi non habent, alijs mendaciter promittunt. Promittunt, n. libertatem à peccato, sed per aliud medium, quam per unum Iesum Christum. Humanas enim tradiciones meritorias huius libertatis esse docent, quibus miserè stultos homines inescant, dum propter istas contingere salutem & vitam æternam falsò docent. Observetur hoc loco testimonium contra quosdam, qui dicunt eos, qui semel crediderunt, fidem non posse amittere & Spiritum sanctum, quantumvis in omne scelerum genus petulanter ruant.

**Siquidem quis à quo superratus est, huic etiam in servitatem est addictus.**

Q      Dixit

E P I S T . II.

Dixit falsos doctores seruos esse corruptionis, hoc est, peccati (nam anima peccato corrumpitur) id nunc probat per principium firmissimum & immotum à iure militari petitum. Victus est victoris seruus. Isti falsi doctores à peccato victi sunt. Proinde serui sunt peccati. Minor ab effectu seruitutis probatur. Nam faciunt imperata peccati, dum concupiscentijs prauis indulgent & obsequuntur. Quare reuera sunt victi à peccato, & se seruos eius esse obedientia ostendunt. Cum hisce congruit dictum Domini; Qui facit peccatum, seruus est peccati.

Nam si hi, qui aufugerant ab inquinamentis mundi, per agnitionem Domini & seruatoris, his rursus implicati superentur, facta sunt illis postrema peiora prioribus.

Qualis' nam conditio eorum futura sit, qui post agnitionem Christi relabuntur in inquinamenta mundi, exponit. Inquinamenta mundi & in doctrina & in vita spectantur. Ut enim inquinamenta doctrinæ

erit  
Euan  
reval  
occup  
sunt si  
etifica  
um.  
nes i  
phiam  
folum  
seruator  
ficax m  
in noti  
qua f  
Nam  
præd  
dition  
tur, el  
sui ore  
ritibus c  
pulis fra  
locus r  
nis & I  
illumi  
Nam  
ptis F  
except  
stus cl

II.

res seruos esse con-  
ti (nam anima pec-  
cata nunc probat pe-  
ccatum & immotum à  
Victus est victoris  
res à peccato vici  
int peccati. Minor  
batur. Nam faci-  
unt concupiscentijs  
quuntur. Quare  
& le seruos eius  
et. Cum hisce con-  
tra; Qui facit pecca-

ui aufugerant  
mundi, per agni  
& seruatoris,  
uti superentur,  
tremia peiora

itio eorum futura  
in Christi relabur-  
tandi, exponit, le-  
git doctrina & in vi-  
tæ inquinamenta do-  
cuntur

D. P E T R I.

Errine sunt errores Ethnici pugnantes cum  
Euangelio, quibus omnes homines ante  
reuelationem Christi in ipsorum cordibus  
occupantur miserè: ita inquinamenta vitæ  
sunt studia et actiones pugnantes cum san-  
ctificatione, ad quam nos vocat Euangeli-  
um. Ab his inquinamentis mundi homi-  
nes nequaquam liberantur per Philoso-  
phiam, aut per vlla humana consilia, sed  
solummodo per agnitionem Iesu Christi  
seruatoris nostri. Hæc Christi agnitus ef-  
ficax monstratur in Euangelio, & consistit  
in noticia Christi & in eius fiducia, cum  
qua fiducia sanctificatio coniuncta est.  
Nam ad hæc tria ordinatur Euangeliū  
prædicatio. Quod autem pronunciat condi-  
tionem posteriorem eorum, qui relabun-  
tur, esse peiorem priori, hoc ex magistri  
sui ore hausit, qui Matth: 12, de impuris spi-  
ritibus differit, & de futura calamitate po-  
puli Israëlitici ob defectionem à Deo. Hic  
locus nequaquam patrocinatur Nouatia-  
nis & Donatistis, qui negarunt lapsis post  
illuminationem redditum ad gratiam.  
Nam omnia comminatoria dicta in scri-  
ptis Propheticis & Apostolicis cum ea  
exceptione accipienda sunt, quam Chri-  
stus clare ponit cum inquit: Nisi pœni-  
tenti-

Q 2 tenti-

4

10

EPIS T. II.

tentiam egeritis, vos omnes similiter peribitis.

Satius enim illis fuisset, non cognouisse viam iusticiæ, quam cognita illa cōuerti ab eo, quod illis traditum erat sancto præcepto.

Aetiologia est, cuius hic est sensus. Maior condemnatio eorum erit, qui à cognito Euangeliō deficiunt, quam eorum, qui Euangeliū nunquam cognoverunt. Respicit autem Petrus hoc loco ad dictum Domini Lucæ 12. Seruus sciens voluntatem Domini, & non faciens, vapulabit plagiis multis.

Sed accidit eis, quod uero prouerbio dici solet: Canis reuersus ad suum ipsius uomitum, & sus lota ad uolutabrum coeni.

Vt pericula eorum, qui relabuntur in pristina vitia post agnitionem Christi, exaggerat, duas adfert parœmias veteres. Nam primum confert eos canibus, deinde

II.

mnes similiter pe-

is fuisset, non  
iusticiae, quam  
ti ab eo, quod  
sancto præ-

is hic est sensus,  
merit, qui à co-  
unt, quam eorum,  
quam cognoverunt.  
hoc loco ad dictum  
uus sciens volun-  
n faciens, vapulabi-

s, quod uero  
let: Canis re-  
ius uomitum,  
ut abrum cœ-

qui relabuntur in  
onem Christi, ex-  
uoxmias veteres  
s canibus, dein-  
de

D. P E T R I.

de suibus. Siquidem, vt canes in suum  
malum resorbent, quod prius euomue-  
rant, & porci loti prius, rursus se cœno ob-  
uoluunt: Ita illi salutari medicina Euange-  
lij purgati & loti, ad priores fordes ingrati  
redeunt. Respicit hîc Petrus ad dictum  
Salomonis proverbi: 26. Sicut canis redi-  
ens ad vomitum, sic stultus geminans stul-  
ticiam suam. Hîc tamen monendi sunt la-  
psi, vt sciant se rursus restituí posse, modò  
pœnitentiam egerint. Ita enim ait Iohan-  
nes: Si peccauerimus, habemus aduoca-  
tum in cœlo, Iesum Christum Iustum,

C A P V T  
T E R T I U M.

S V M M A C A P I T I S  
T E R T I I.

4  
10  
**C**auillationibus illorum de aduen-  
tu Domini refutatis, monet Aposto-  
lus, vt fideles se in aduentum Domini  
præparent, caueantq; ne erroribus Ethni-  
cis imbuti, excidant à propria stabilitate.

Q 3 OR-

EPIST. II.  
ORDO ET PARTES CA-  
PITIS TERTII.

Partes huius capititis plura sunt. Prima, commonefactio est de fine scriptionis cum huius Epistolæ tum superioris. Secunda, admonitio de illusoribus, qui aduentum Domini in dubium erant reuocaturi. Tertia, confutatio istius perniciosi erroris. Quarta, conclusio exhortatoria de vita innocentia. Quinta, conclusio exhortatoria, ut persistant in doctrina ipsis tradita, caueantq; sibi ab erroneis opinib;.

EXEGESIS CAPITIS  
TERTII, CVM OBSERVA-  
tione doctrinarum.

Hanc iam, dilecti, secundam scribo uobis Epistolam, in quibus excito per commonefactiō nem uestram sinceram mentem, ut memores sitis uerborum, quæ prædicta sunt à sanctis Prophetis, & præcepti nostri, qui sumus

mus  
tonis,

Fi  
rionis  
vt fide  
ticæ &  
luntate  
moneta  
tempori  
mnes ha  
fontem,  
& Apol  
locus n  
medite  
ticam;

Deind  
Anabap  
thusiasm  
stant,

He  
uenier  
fores,  
ditati  
ubiel

II.  
ARTES CA  
ERTIL.  
  
plura sunt. Prima,  
de fine scriptio-  
nem superioris. Se-  
lutoribus, qui ad-  
iun erant reuoca-  
tis pernicio-  
sioribus exhortatoria de-  
conclusio exhor-  
doctrina ipsius tra-  
ad erroris opinio-

CAPITIS  
I OBSERVA-  
inariam.

cti, secundam  
olam, in qua  
monefactio-  
ram mentem,  
erborum, que  
nctis Proph-  
etri, qui su-  
mus

D. PETRI.

**mus Apostoli Domini & salua-  
toris.**

Finis scriptio-  
nis cùm huius tùm supe-  
rioris Epistolæ, videlicet commonefactio,  
vt fideles sint memores doctrinæ Prophe-  
ticæ & Apostolicæ, in qua Deus suam vo-  
luntatem reuelauit hominibus. Hæc com-  
monefactio summè necessaria est omnibus  
temporibus. Munit enim nos contra o-  
mnes hæreses, & monstrat verum salutis  
fontem, qui est verbum Dei, Propheticis  
& Apostolicis scriptis comprehensum. Hic  
locus monet, vt Christiani legant, audiant,  
meditentur & discant doctrinam Prophe-  
ticam & Apostolicam, eiusq; sint custodes.  
Deinde refutat hic locus Stenckfeldium &  
Anabaptistas, qui spreto vocali verbo En-  
thusiasmos & nescio quas reuelationes ia-  
ctant.

Hoc primum scientes, quod  
uenient in extremo dierum illu-  
sores, qui in suis ipsorum cupi-  
ditatibus incedant & dicant,  
ubi est promissio aduentus eius?

**Q 4 Ex**

4  
10

E P I S T . I I .

Ex quò enim patres dormierūt,  
omnia sic permanent ex princi-  
cipio creationis.

Admonitio de futuris illusoribus,  
qui verbum Dei sacrilega contumelia af-  
ficient, & reuocabunt in dubium spem re-  
surrectionis & finem seculi huius. Dicent  
enim: Omnia in eodem statu permanent,  
iamdudum mortui sunt Patres, quibus  
est facta promissio. Irrita est ergo promis-  
sio aduentus Domini. Hic notantur,  
qui præcipuæ Ecclesiæ Dei columnæ dici  
volunt, videlicet Cardinales, qui ut sunt  
carnales palam in suis coniuijjs, has sannas  
eructant, nugantes homines ut pecora in-  
terire. Contra hos irrifores vult nos Apo-  
stolus munitos, Propheticis & Apostoli-  
cis scriptis, quæ cùm Deum autorem ha-  
beant, fallere non possunt. Simus proin-  
de hac Apostolica admonitione armati  
aduersus huiusmodi Satanicas illusiones,  
per quas fiunt insidiæ salutis nostræ, & la-  
quei mortis struuntur.

Hoc enim eos uolentes latet,  
quòd cœli iam olim & terra (ex  
aqua

aqua &  
erant p  
na is,  
qua in  
nunc si  
uerbo r  
igni, in  
piorum

Duo  
Primum e  
freti illusc  
aduentur  
structioni  
Fundame  
gelij hoc fi  
sic permane  
sum esse pe  
lus, quod  
Quemadmod  
cœli & ter  
do desieru  
ctabilis n  
permutata  
quo nitun

D. P E T R I.

aqua & per aquam consistens) erant per Dei uerbum, propterea is, qui tunc erat mundus aqua inundatus perit, qui uero nunc sunt cœli & terra, eiusdem uerbo repositi sunt & seruantur igni, in diem iudicij & exitij impiorum hominum.

Duo his verbis facit Apostolus. Primum enim euertit fundamentum, quo freti illusores isti in dubium reuocârunt aduentum Domini. Deinde, modum destructionis mundi in die Iudicij indicat. Fundamentum illusionis hostium Euangelij hoc fuit. Omnia ab initio creationis sic permanent. Sed hoc principium falsum esse per diluuium ostendit Apostolus, quod illos volentes ignorasse dicit. Quemadmodum enim per Dei verbum cœli & terra cooperunt: Ita quodammodo desierunt, Deo ita volente, cum asperabilis mundi forma per diluuium est permutata, proinde est falsum principium, quo nituntur illusores isti.

Q 5 Modus

4

10

E P I S T . II.

Modus destructionis mundi in die iudicij per collationē significatur. Quemadmodum enim olim ob scelera hominum mundus quodammodo aqua est destructus : Ita in die iudicij igni conflagabit mundus. Idq̄b cūm in signum æternarum pœnarum , quas sustinebunt impij, tūm propter reparationem, qua Mundus ab omnibus suis fôrdibus igni repurgatus reformabitur. Nam vt domus leprosorum contagio lepræ contaminatæ sunt : Ita mundus pollutus est reatu & maledictione impiorum . Debet igitur igni purgari, vt sit omnium angelorum & hominum sanctorum iucundissimum & pulcerrimum theatrum. Hæc de sententia Petri sint dicta . Nunc verba quædam textus altius expendamus.

Primum dicit, Cœlum & terram extitisse per Dei verbum , Hoc est, dicente Deo creata esse, sicuti ex Genesi patet. Hoc verbum interpretatur Epistola ad Hebræos esse λόγον θυσιώδη, videlicet ipsum æternum Dei filium. Ita enim ait; Locutus nobis est per Filium, quem posuit hæredem omnium, per quem & secula fecit,

Dein-

I.  
mundi in die  
ficiatur. Quem-  
o scelera homi-  
do aqua est de-  
signi conflagra-  
in signum exter-  
fustinebunt im-  
iem, qua Mun-  
us igni repur-  
vt domus le-  
contaminatæ  
us est reatu &  
Debet igitur  
m angelorum &  
icundissimum &  
Hæc de sententia  
verba quadam

Dante

D.

### P E T R I.

Deinde dicit terram ex aqua & per  
aquam constitisse, hoc quid sit ex Genesi  
patet: Ibi enim Deus dicitur primum crea-  
se chaos magnum, quod fuit materia re-  
rum corporalium. Ex hoc chao, dicente  
Deo, terra emersit & apparuit, & simul  
per medias aquas constitutæ, quemadmo-  
dum ipse rerum euentus manifestè con-  
uincit. Non ergo sensus est Apostoli, quod  
terra sit ex aqua, sed quod terra emineat  
super elementum aquæ, quæ aqua non-  
nullis in locis terram circumdat, ut terra  
per medias aquas fulcita esse videatur.

Vnum autem hoc non lateat  
uos dilecti, quod una dies apud  
Dominum ueluti mille anni, &  
mille anni tanquam unus dies.

Docet pios quid statuant de tempo-  
re aduentus Domini. Vult enim ut car-  
nis iudicio renunciato nos Domino sub-  
içiamus, qui quod semel decreuit, verè  
perficiet. Necq; enim mora diuturnior  
eius propositum euertit, cum mille anni  
ante ipsum sint ut dies vñus, & vñus dies  
ut mille anni, hoc est, Deo nullum tempus  
necq;

E P I S T . II,

neque breue neque longum est, verum quod semel statuit, certissime complebit. Hinc nos admonemur, ex Dei decretis penderre, & non sectari iudicium carnis in promissionibus diuinis, præsertim cum salus animarum agitur.

Non tardat Dominus in promissione, sicuti quidam tarditatem putant, sed patiens est erga nos, non uolens ullos perire, sed omnes ad pœnitentiam recipere.

Causam vnam dilati promissi aduentus Domini exponit, & eam esse dicit patientiam Dei, qua expectat hominum pœnitentiam, significans quod in suo aduentu non sit nullus poenitentiæ locus futurus. Nunc enim tempus pœnitentiæ est, tunc iudicij erit. Nunc expectat pœnitentiam, tunc poenas infligit impenitentibus, iuxta suum immotum decretum, qua statuit pœnitentibus vitam æternam donare, sed impenitentes & contumaces æternis pœnis obruere. Obseruetur hic duplex doctrina, Vna, quod Deus differat aduentum

tum  
adu  
ad pœ  
iquitu  
uitias  
longan  
bonitas  
Altera  
seriè eni  
verboru  
non velle  
nitentia  
moria te  
sus eos,  
vniuers  
ueat no  
dictum  
scribit, I  
verbis Ap  
nondum e

Ad  
vniuersal  
Qualia si  
Item, V  
mo & or  
Christus  
vandum

D. PETRI,

tum filij sui ad iudicium, ut homines, qui  
adhuc alieni sunt à familia Dei, hac mora  
ad poenitentiam inuitentur. De hac causa  
loquitur etiam Paulus ad Rom:2. An di-  
uicias benignitatis Dei, & tolerantiae &  
longanimitatis contemnis, ignorans quod  
bonitas Dei te ad poenitentiam inuitet.  
Altera quod gratia Dei sit vniuersalis. Di-  
serte enim absq; omni ambiguitate, cum  
verborum, tum sensus, pronunciat Deum  
non velle viros perire, sed omnes ad poe-  
nitentiam colligi. Quarè, hoc dictum me-  
moria teneamus, ut nos muniamus aduer-  
sus eos, qui hodie negant gratiam Dei  
vniuersalem esse. Neq; est quod nos mo-  
ueat noui interpretis autoritas, qui hoc  
dictum restringit ad pios quibus Petrus  
scribit. Nam hoc manifeste pugnat cum  
verbis Apostoli, qui loquitur de ihs, qui  
nondum egerunt poenitentiam.

Ad confirmandam doctrinam de  
vniuersali gratia multa dicta pertinent,  
Qualia sunt; Veni saluare, quod perierat.  
Item, Venite ad me omnes &c. Certus ser-  
mo & omni approbatione dignus, quod  
Christus Iesus venit in mundum, ad sal-  
uandum peccatores. Item, Deus vult o-  
mnes

4

10

E P I S T . I I .

mnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Ita ergo statuit Deus homines seruare, si salutis medium Iesum Christum fide apprehenderint. Est proinde salus hominis conditionata, id quod multis testimonij confirmatur. Ad Coloss. i. Si modo in fide permaneatis fundati. Ad Hebr. 3. Participes facti sumus Christi, si modo principium hypostaseos usque ad finem firmum teneamus. Iohan. 13. Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint. 1. Timoth. 2. Mulier saluabitur, si manserit in fide. 2. Corinth. 5. Si tamen vestiti & non nudi inueniamur. Et Christus clare pronunciat: Beatus, qui perseverauerit usque ad finem. Hæc ipsa conditio annexitur vniuersali mandato Christi, Apostolos suos in vniuersum orbem emittentis prædicatum Euangelium omnium creaturæ. Ita enim ait: Quisquis crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, qui vero non crediderit, condemnabitur. Et alibi Dominus ait: Nisi pœnitentiam egeritis, omnes similiter peribitis. Ex his testimonij clarissime patet, quod Euangelium offerat salutem omnibus, sed cum conditio ne pœnitentiæ seu conuercionis.

Veni-

II.

teri, & ad agnitos  
ergo statuit Deu-  
tis medium Iesum  
iderint. Et pro-  
missionata, id quod  
rmatur. Ad Co-  
rmaneatis funda-  
facti sumus Chri-  
hypostaseos vñq-  
us, Iohann: 13, Si  
sua mea in vobis  
Multi saluabitur,  
Corinth, 5, Si tamen  
ueniamur. Ex Chri-  
Beatus, qui per-  
n. Hæc ipsa cont-  
ali mandato Chri-  
vniuersum ordin-  
Euangelium omni-  
Quisquis credide-  
saluus erit, qui ve-  
demnabitur. Et alii  
xnitentiam egerit  
is. Ex his testimoniis  
od Euangelium  
sed cum condicione  
versionis.

D. PETRI.

Veniet autem dies Domini,  
sicut fur in nocte, in quo cœli  
cum magno impetu præteri-  
bunt, Elementa uero æstuantia,  
soluentur, terraq; & quæ in ea  
sunt opera, exurentur.

Modum aduentus Domini, & quid  
Domino veniente accidet, exponit. Ve-  
niet, inquit, dies Domini sicut fur in nocte,  
hoc est, quando minime expectatur, subi-  
tò aderit. Hoc dicto monemur, ut perpe-  
tuò in excubijis simus, ne nos incautos op-  
primat. Deinde, veniente Domino con-  
flagrabit mundus igni, ut purgatus Domi-  
num suum excipiat. Hinc monemur, ut  
nos quoq; puritati studeamus, quò ipsi  
occurramus puri, atq; id est, quod subiçit,  
cùm ait:

Cum hæc igitur omnia sol-  
uantur, quales oportet esse uos  
in sanctis conuersationibus &  
pietatis officijs, expectantes &  
properantes ad aduentum diei

Dei,

Ven-

4  
10

E P I S T . I I .

Dei, in quo cœli conflagrantes  
soluentur, & Elementa æstuantia liquefcent.

In quem finem tam multa dixerit de cœli & elementorum expurgatione explicat. Vult enim ut nobis sint incitamenta quædam ad pietatem & sanctitatem, & ut patienter expectemus diem Domini, & in diem aduentus eius simus parati.

Sed cœlos nouos & terram nouam secundum promissionem expectamus, in quibus iusticia inhabitat. Quapropter dilecti hæc expectantes, studete ut immaculati & incontaminati ab eo reperiamini in pace.

Ad promissionē, quæ est Esaiæ 65. respicit, vbi ita ait Dominus per os Prophetæ: Ecce ego creabo cœlos nouos & terram nouam, priorum non erit memoria, nec in cor ascendent, sed gaudete & exultate in perpetuum in h̄s quæ creo. Nam ecce ego creo Ierusalem exaltationem, & populo eius

II  
D. I I P E T R I.

eius gaudium. Hæc prophetia, et si de toto Christi regno loquitur, tamen potissimum ad eius consummationem referenda est. Quando enim nos fuerimus plenissimè regenerati, cœlum etiam & terra penitus renouabuntur, integrumq; suum statum recipient. Sed cur hoc monet Apostolus? Ut pacificè diem Domini in puritate & pietate viuentes expectemus, & non sinamus nos impostorum calumnijs à decreto Dei immoto de aduentu Domini ad iudicium abduci.

Et Domini nostri longanimitatem salutem arbitremini.

Repetit causam dilati aduentus Domini, quam suprà copiosius exposuit. Ideo enim differt suum aduentum, ut multi pœnitentiam agant & saluentur. Quantum enim ad paternum propositum attinet, Deus reuera vult omnes saluos fieri. At quantum ad euentum attinet, multi damnantur, propterea quod porrectam dexteram Dei, hoc est, Dominum nostrum Iesum Christum fide apprehendere noluerunt. Quarè suapte culpa, & non destinazione diuina damnantur. Necq; aliud vult

R gra-

4

10

E P I S T . II.

grauissima Christi querela : Multi sunt vocati, pauci verò electi.

Quemadmodum & dilectus frater noster Paulus pro sibi data sapientia scripsit vobis, ut qui in omnibus ferè epistolis loquatur de istis.

De aduentu Domini ad iudicium locutus, prouocat ad testimonium Pauli apostoli, quem & fratrem agnoscit in Apostolatu, & diuinitus edoctum testatur. Tractat autem Apostolus hoc argumentum in multis locis. Roman. 8. 1. Corinth. 15. 1. Thess. 4. & 5. 2. Thess. 2. Quod autem ait: scripsit vobis, significat Petrus, quod etsi Paulus certis Ecclesijs scripsit, doctrina tamen eius sit vniuersalis, vt quæ ad omnes Ecclesiæ pertineat. Deinde & hinc apparet, quām auidē scripta Pauli non solum ipsi, quibus inscripta erant, verum etiam omnes pñ legerint, quorum exempla & nos imitari par est, præsertim cùm nihil ex sancto ipsius pectore profectum sit, nisi quod spiritus CHRISTI dictauerit.

Inter

D. P E T R I.

Inter quæ sunt nonnulla dif-  
ficia intellectu, quæ indocti pa-  
rumq; stabiles detorquent, ut &  
reliquas scripturas, ad suum ip-  
orum exitium.

Monet quædam esse in ihs, quæ disle-  
runtur cum à se tum à Paulo de aduentu  
Domini, & de ihs, quæ circa aduentum Do-  
mini futura sunt, difficilia intellectu, idq;  
ab ihs, qui vera Christi cognitione prædi-  
ti non sunt, & Christi spiritum non ha-  
bent, hos enim indoctos & parum stabiles  
vocat. Non enim potest animalis homo  
percipere, quæ sunt spiritus Dei. Hæc  
difficilia affirmat indoctos & parum stabi-  
les detorquere ad suum proprium exiti-  
um. In quorum numero fuerunt, qui di-  
xerunt resurrectionem iam factam, & illi  
qui mille annos existimant pios imperium  
mundi potituros. Breuiter, omnes qui-  
cunq; simpliciter verbo Dei non contenti,  
sequuntur carnis prauum iudicium, iudi-  
caturi de hoc mysterio. Cæterum, qui  
hoc Apostoli dicto abutuntur ad deter-  
rendos homines à lectione Pauli, dupli-  
citer

4

10

E P I S T . II.

ter peccant. Primum enim grammaticæ  
vim faciunt, non enim scriptum est  $\zeta\nu\tilde{\nu}\iota\zeta$ ,  
vt referatur hæc difficultas ad Epistolas  
Pauli. Sed  $\zeta\nu\tilde{\nu}\iota\zeta$ , vt referatur ad neutrum  
plurale, quod præcessit, hoc est, ad propo-  
sitam disputationem de aduentu Domini,  
quemadmodum exposui. Deinde  
cum homines ab hoc thesauro Spiritus  
sancti arcent, apertè mandatum Christi  
reñciunt, qui mandat vt audiamus Apo-  
stolos, vt scrutemur scripturas. Paulus  
quoq; testatur omnia, quæ scripta sunt, in  
nostram doctrinam scripta esse. Neq; enim  
alia lux est, quæ nobis viam salutis mon-  
strat, quam verbum Dei, in Propheticis &  
Apostolicis scriptis nobis commendatum.  
Quapropter Spiritui sancto potius ob-  
temperemus, eumq; rogemus, vt nobis  
clauem scientiæ clementer ostendat, quod  
sanè futurum est, modo cum timore & hu-  
militate, vt Spiritus sancti discipulos de-  
bet, ad scripturæ lectionem accesserimus.

Vos igitur dilecti, præscien-  
tes cauete, ut non nephariorum  
errore unâ abducti, excidatis  
propria stabilitate.

Hæc

enim grammatici  
Scriptum est ꝑꝫ ꝓꝫ,  
ultas ad Epistolas  
eratur ad neutrum  
hoc est, ad propo-  
e aduentu Domi-  
posui. Deinde  
theauro Sp̄ritus  
indatum Ch̄t̄stī  
audiamus Apo-  
guras, Paulus  
p̄scripta sunt, in  
piæ esse. Neq; enim  
viam salutis mon-  
ei, in Propheticis &  
bis commendatum,  
sancto potius ob-  
ligemus, vt nobis  
erostendat, quod  
in timore & hu-  
bi discipulos de-  
naccerimus.  
ti, præscien-  
ephariorum  
i, excidatis

Hæc

## D. P E T R I.

Hæc secundæ exhortationis conclu-  
sio est, quam ex proxima infert senten-  
tia, quasi dicat: Cum tanta sit illusorum  
& nephariorum hominum peruersitas, vt  
scripturas sacras ad suum proprium exi-  
tium detorqueant, cauete ne ab ihs seducti  
vnâ cum illis stabilitate doctrinæ excida-  
tis, & in perniciosos errores præcipites fe-  
ramini.

Sed crescite in gratia & in  
cognitione Domini nostri & sal-  
uatoris Iesu Christi.

Hac breui exhortatiuncula repetit  
summam eorum, quæ fusæ in tota hac Epi-  
stola disputata sunt. Crescite, inquit, in  
gratia, hoc est, in sanctitate & pietate quo-  
tidiana sumite incrementa. Vocantur au-  
tem pietas & sanctitas, adeoq; dona reli-  
qua gratuita, gratia, quia ex gratia donan-  
tur pijs & inuocantibus Deum. Et cresci-  
te in cognitione, hoc est, in vera Euangeliū  
noticia, quod non solum vobis recta viuen-  
di ratio constet, verum etiam vt possitis  
cauere falsorum Prophetarum impostu-  
ras. Huius exhortationis Apostolicæ o-  
mnes sint memores, quibus vera pietas

R 3 cordi

4

10

E P I S T . II.

cordi est. Nam qui non quotidie progre-  
ditur in pietatis curriculo, retrocedit pla-  
nè, et si hoc minus animaduertit. Rectissi-  
mè enim dictum est à Bernardo: Si profi-  
cere currere est, ubi proficere ibi & currere  
deficis, ubi verò non currere, ibi & defice-  
re incipis. Hinc planè colligitur, quia nol-  
le proficere, non nisi deficere est. Hanc  
ipsam ob causam Paulus optat Philippen-  
sibus, ut magis magisq; abundant in co-  
gnitione & omni sensu, ut probent, quæ  
sunt præstantiora, ut sint sinceri & sine of-  
fensa in diem Iesu Christi, pleni fructibus  
iusticiæ, per Iesum Christum, ad gloriam  
& laudem Dei.

Ipsi gloria & nunc & in di-  
em æternitatis, Amen.

Claudit Epistolam δοξολογία. Optat  
enim, ut Christo tribuatur gloria in omni  
æternitate. Tribuitur autem Christo ve-  
ra gloria, cum eius beneficia prædicantur,  
propagantur & agnoscantur. Quod fit,  
cum prædicatur Euangeliū, in quo be-  
neficia Christi erga genus humanum enar-  
rantur.

Obseruetur & hoc loco testimonium  
de


II.

on quotidie progn  
ulo, retrocedit pla  
duerit. Rectissi  
Bernardo: Si profi  
ficere ibi & currere  
irrere, ibi & defice  
olligitur, quia nol  
eficere est. Hanc  
optat Philippen  
abundent in co  
vt probent, quæ  
m. sacerdi & sine of  
fici, pleni fructibus  
fructum, ad gloriam

D. P E T R I.

de diuinitate Christi. Nam cùm tribuit  
Christo æternam gloriam, ipsum verum  
Deum absq; omni dubio agnoscit.

Tēλ@.



R      ARGV-

C nunc & in d  
lmen.

Optat  
ur gloria in omni  
item Christo ve  
rica prædicantur,  
ntur. Quod sit,  
dium, in quo be  
humanum enar

oco testimonium  
de

4  
10

ARGUMENTVM  
IN EPISTOLAM  
IVDAE APO-  
STOLI.



A N C E P I S T O L A M  
parænicam Iudas Apostolus  
post obitum reliquorum A-  
postolorum, excepto Ioanne,  
videtur scripsisse, tempore  
Domitianus Imperatoris, post vastatam Ie-  
